

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Pars Prima. De forma & methodo proponendi S. Evangelium, & testimoniis,  
quibus fidei nostræ mysteria confirmantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**

# DE PROCURANDA CON- VERSIO NE OMNIUM GENTIUM

## LIBER QVARTVS.

De ingressu & progressu ministrorum inter Infideles, ac de ratione agendi & juvandi omnes gentes.



Actenus de his, ad quos pertinet sancti Evangelii propagandi cura, & de methodis, quibus id potissimum fieri debeat, de electione ministrorum, & profectio ne ad S. Evangelii promulgationē plura diximus: nunc de ingressu, progre ssu, & modo conversandi inter Infideles, ac de annuntiatione Evangelicæ pacis restat pertractandum. Et quia Evangelici Prædicato ris munus duabus potissimum functionibus comprehenditur, nempe & fidei veritatis propositione, & ejusdem veritatis confirmatione: quæ quamvis multiplex sit: ad tria tamen potissimum capita referenda erit. Primum, testimonia quibus constant fidei nostræ mysteria esse evidenter credibilia. Secundum, signa & miracula à Ministris divina virtute in confirmationem verbi DEI patranda. Tertium, morum integritas, assiduzæ preces, innocentia vitæ, ac virtutum omnium exemplum.

Quare in duas potissimum partes præsens Tractatus sive liber dividetur. In prima de forma & methodo proponendi Infidelibus Evangelium, & de aliis observandis in ipso conversionum ingressu, ac de doctrina in ejus confirmationem adducenda, & de signis & miraculis differemus. In secunda de vitæ puritate ac de ministrorum exemplo, quæ sunt potissima fidei nostræ argumenta, ac de modo juvandi omnes gentes, ut ad ovile Christi adducantur.

## L I B R I   I V .

### P A R S   P R I M A .

*De forma & methodo proponendi S. Evangelium, & testimoniorum, quibus fidei nostræ mysteria confirmantur.*

#### C A P V T   I .

Conveniens sit in ingressu ad Infideli um conversionem humānis præsidii pro conuersione Infidelium uti.

**U**namvis in Ecclesia facultas non sit, vi & armis compellendi Infideles, ut ad Evangelii receptionem, fidei que nostræ veritatem convertantur; scilicet secundum Doctorum sententiā, possunt compelli, ut auditum præfert Evangelio, ut infra Parte III. libri hujus dicemus: & quod sine controversia esse videtur, possunt Ministri, qui inter Barbaros versantur, sive vite indemnitate confulere, & præsidii illis, quæ defensionis sunt propria, ut sunt præsidia militaria, & alia, quæ Barbaros ipsos, quorum natura est maximè inconfians, & infida, in officio, terrore ac metu contineat, muniti. Sed an expe-

dit at his præsidii expeditionibusque vito Evangelico uti, non parvam continet difficultatem. Nam imprimis veterem & Apostolicam Evangelizandi rationem non posse exactè servari inter Barbaros, ac proinde non esse deterenda humana præsidia affirmat vir alijs valde doctus & pius, ac in conversione animarum versatissimus, P. Acosta lib. 2. c. 8. qui quamvis munus Evangelicum Evangelice atque Apostolico more prædicandi laudet, alisque evangelizandi modis superiorem commendet, tamen hanc Evangelium promulgandi methodum non posse levare inter Barbaros Principibus Christianis non subjectos, nisi ministri humanis præsidii & copiis, quibus serventur illasi, adjumentur. Probat verò suam sententiam non contempnendis rationibus, quas placuit hic ex ipso referre.

Prima ea est, quia licet instituto isto Apostolico, ubi teneri comodiè potest, nihil prius, neque melius sit, ubi autem non potest, ut fieri in omni barbara natione, non est prudenter, specie justitiae & fortioris, committere, ut saltem ipse absicias, & alienam nihil amplius compares. Quate Apo-

stolica illa regula & norma inter has nationes servari non posset: idque potissimum duabus causis: Una, atque ea quidem satis nota est, quod haec gentes, sicut bestiarum moribus vivuntur, ita humanitatis patrum admittant, sine feedere, sine misericordia, prout quidvis collibitum est, ita temerare agentes in hospites & exterritos nullum gentium ius servantes, cum ne inter se quidem naturae leges servare sciunt. Quamobrem qui homini: se ratione & arbitrio committere, poterit is cum apri & crocodilis amicitiam inire. Neque verò ab ipsis martyrium expectandum est, que fortasse spes tantum disertimen levaret: non enim pro Fide, pro Christo, pro Religione mortendum est, sed ut vel suaviores epulas de praebas, quod Brasilienibus, & toti Septentriuali ora hujus orbis vulgare est, vel spoliū præbeas Barbaris eleganti, vel denique quia visus es nunquam, & quid in te licet sibi experiri jucavat. Apostoli prædicabant Christum, Judæos quidem scandalum, Genibus scutitum, alii sapientiam, alii signa querentibus: sed utrique tamen ratione aegebant, oderant vero illos propter nomen Christi, a quo ita beatos portus faciebat periculio, per quam etiam mira modo DEI gratia dilatabatur. At Barbari, excepto hoc quod homines simus, nihil cogitant, immo illud quoque diu addubitas non paci comperti sunt.

**A.B. 10.** Altera causa in nobis est, cur Apostolica prædicatio institui omnino Apostolicè non possit, quod miraculorum nulla facultas sit, que Apostoli plurima perpetrabant: quorum splendore & Potentia fiet, auctoritate dicendi apud quosvis quicquid placebat facili vindicabant: habebant homines ditis similes, atque ita cetera eorum, paupertas, abjectio, ignobilitas, ineruditio, secularis, ornamento potius erant quam contemptui & fastidio, divinam eorum vim admirantibus, & prudenter jaru inde colligentibus genibus, quā essent homines affectus superiores, & toti pœnæ caelestes. Quod de Sergio Paulo Proconsule, viro prudenti, Divinitate literæ commendandum memorie putarunt. At poltri nunc temporis, cum talium operum majestate felicis Barbaris admirandos, & timendos non praebant, nihil restat, nisi ut reliqua vita inopia, impotencia penitus contemnatur, neque à genero & excuso animo, sed à miseria & adversa fortuna profecta intelligatur, atque adeo cum fôrdidi illiberalesque illi maxima ex parte sint, omnium rerum penuria nostris consequatur necesse est. Etsi enim ob cibum Evangelizare non expedit, at sine cibo tamen Evangelizari non possit. Non solum ergo signatum vis nostris temporibus deest; verum pro ei: etiam seculera ubique fervent: quo gravissimo incommodo interclusi ferè videtur via ad primam illam penitus Apostolicanam Evangelizandi rationem: ut majores societas nostra sapienter edixerint, tunc Evangelica perfectionis non esse temere Barbarorum arbitrio Prædicatores Evangelii obiciendos. Quam diu enim porcorum & canum sacerdotum arque impudentiam agnoscerius, nobis quoque à Christo Dominis præceptum existimare debemus, Ne pretiosas margaritas frustra mittamus ante eos, qui & eas concilcent pedibus suis, & conversi discipiunt nos. Haec tenus Joseph Acosta.

**Matth. 7.** Huic sententiæ aliud non contemnendum adjiciam argumentum: quia si divinam vocacionem gentium ad Evangelium, mirabilemque

DEI providentiam, profundaque judicia species, invenies trianam legationem DEUM ad homines destinasse, ut ad veritatem amplectendam adducerentur. Prima qua tantum vocarentur. Secunda quod adducerentur. Tertia qua compellerentur. Sic enim Lucas per similitudinem à Christo dictam refert: ab homine quodam eonam magnam fuisse aliquando parata, missumque servum, ut diceret invitatis, ut venirent, quia jam essent omnia parata. At aliis invita orum respondit: *Villam emi, & necessaria habeo exire, & rideri illam, rogo te habe me excusatum.* Et alter dixit: *Juga boum emi quinque, & eo probare illa, rogo te habe me excusatum.* Et alius dixit: *Uxorem duxi, & idem non possum venire.* Hac Lucas de primis Legatis, primamque legationem à Christo narratam tradit. Addit Matth. de iniurias primoloco: *Illi autem neglexerunt, & abiurunt, alii in villam suam, alii ad negotiationem suam, reliqui vero tenuerunt servos eum (DEI scilicet) & contumelius affectio occiderunt.* Rex autem cum audisset, iratus est, & miseri exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & civitatem illorum succedit. Prosequitur Lucas, narrans deinde dictum servo: *Exi cito in plateas, & vicos civitatis, & pauperes, ac debiles, & cacos, & claudos introduce hic. Et ait servus, Domine factum est ut imperasti, & adhuc locus est.* En secunda legatio: & ait Dominus, iterum seruo suo: *Exi in vias & sepes, & compelle intrare, ut impluant domus mea:* Atque hac tercia legatio.

Quibus omnibus tria tempora, tria hominum genera, ac tres modi, quibus homines DEUS ad suam eonam admittit, quam se suis in regno caelesti parare Christis alibi dixit, continentur. Er quidem pater à Christo tres legationes describi, quarum quilibet aliam vel sequatur, vel præcedat. Ad primam pertinent homines divites, qui habitant mediis in civitatibus, in suis ædibus, & contemptores aut homicidiæ nunciorum, alioquin genus homines: modos quo admittuntur est tantum, ut vocentur. Ad secundam spectant inopes, cæci, claudi, debiles, qui habitant in plateis & vicis civitatum, atque hi non vocantur, sed adducuntur. En modus admissioñis. Tertia continentur, qui intra urbēs in viis, ac sepibus degant, in agris scilicet & silvis, modusque quo participes sunt eonæ est, ut compellantur; atque hæc est similitudo post à Christo. Hujus igitur similitudinis explicatio clarissima est: nam prima legatione designatur tempus, quo imperium Romanum florebat, in quo tor Martyrum millia florente Romano Imperio, fuit trucidata. Ad secundam vero legationem spectantes fueré pagani, qui vocati in pagis habitant, (hoc enim longe nomen paganus) & gentes in Romani imperii confinibus, quali in suburbis, plateis & vicis apertis degentes. Sed jam ad tertiam legationem accedamus, qua populi omnium maximè barbari & effetti ad Christum, cultumque divinum vocati sunt, ac non tam beneficis adducti, quam voluntibus quibusdam modis licet compulsi. At populi hi, qui compelli videntur (vi quidem licita) certè populi barbari designantur, rudes & inculti, habitantes in silvis, ac locis horridis. Quæ profecta legatio cum ultima sit, atque suo modo per vitæ gentes ad illam spectantes adducenda sint, manifestè appetit ipsam legationem designare, in quibus Evangelice prædicationis munus, absque humanis præsidii, exerceri nequit.

At hisce etiam temporibus apud quasunque nationes, quantumvis Barbaras, eam esse servandam

LUC. c. 4.

MATT. 22.

Luc. c. 4.  
Matt. 22.  
1. Cor. 2.

dam propaganda fidei rationem, quam sancti Apostoli & primi Ecclesie fundatores præmonstrarunt, merito viti docti & pii existimant. Constat enim Apostolos non inferendo Regibus bella, non præsidio militibus stipatos, non invadendo Principum civitates, non occupando per vim alias terras, non mortem minitando, non tormenta inferendo, Ecclesiam plantasse, ac per orbem terrarum longè lateque propagasse, sed obediendo, patiendo supplicia, martyria, mortes tolerando, sanguinem suum fundendo, sancta stabilitaque Ecclesiae Christi initia dedisse. Christus enim non armis, aut humana virtute, sed humilitate subjecere sibi orbem voluit: hancque vim & efficaciam DEUS sanguinem Martyrum, Sanctorumque afflictionibus dedit, ut semina essent multo: um bonorum. Et sicut granum frumenti cadens in terram, si mortuum fuerit, multum fructum affiret: ita ex morte Martyrum magna lumenis siebat novorum Christianorum copia. Plena sunt historie ad unius Martyris mortem multa gentilium milia quandoque in Christianæ Religionis lucem concessisse, atque inter eos credentes aliquando etiam sacrificios ipsos fuisse. Persecutionibus namque crevit Ecclesia, non tollitur. Admirabilis pugnandum ratio, & novum genus potentiae, sustinendo cedare hostem: patiendo affligere hostem: moriendo prosterne hostem: jacendo triumphare de hoste.

Tum secundò, quia non est existimandum DEUM esse mirarum, Deique sapientiam aliam nunc formam in hominum conversione sequi, quam antea sequi solita fuerit: nam neque in DEUM cadere potest mutatio, & eadem causa circumstantiaeque nunc conspicuntur. At si quis DEI morem providentiamque, quam semper gesit ab ipsis Ecclesiæ initio, consideret; facile comperturus est, hoc tempore fuisse ejus consilium, ut ad hoc tantum opus eos maximè coadiutores eligeret, qui maximè præsidio omnibus humanis essent destituti: Ne glorietur, ut inquit Apostolus, omnia caro, & sublimitas sit virtus DEI, & non ex nobis: id est, ne tibi a deo perfectus laus Christi ducere, ut idem ait, evanescat, in homines, aut hominum vites præsidiaque transferretur, & quod omnino divinum est, humano auxilio aut potentiis tribuatur. Si ergo DEUS sic hominum salutem procurandam decrevit, profectò planè constabat militaria præsidia, quæ prudentia, potentia, vel astutia nituntur, aliasve ingeniosas machinationes, favores Principum munieribus, aut aliis viis aucupandi, Apostolicis myribus parum congrue, ne dicam dislentire.

Tertio, opus conversionis animatum, ac denique Catholicæ Ecclesiae fundatio, non solum labores & sudores, miraque vexationes, verum etiam ipsis sanguinis effusionem ferè semper requisivit. At humana præsidia non solum laboribus, paupertati, sudoribus, vexationibus, sed & potissimum martyrio, quo fideles DEO pro fidei veritate tueri omnibus DEO acceptissimum offerunt sacrificium, viam præcludunt.

Quarto, scriptum est: Mitto vos sicut agnos inter lupos. Agni autem hoc si sunt, qui coram tondentibus obmutescunt, qui nullius præsidio foventur. At quomodo obmutescunt, qui armorum strepitu præsidioque ad ipsius prædicationis opus se indigere credunt? Certè Agnus DEI dum exueretur, coram tondente se obmutuit. Sed si apertius volumus testimonium, Christi vitam institutionemque perspiciamus: Christus enim ad Iudeos missus sine humanis auxiliis, prorsusque inops, prædicationem S. Evangelii executus est: & exemplo suo & doctrina monstravit humana præsidia in conversione animarum non requirienda, cum Pecto dixit: An putatis *Matt. 10* me non posse modò rogare Patrem meum, & exhibebitis mibi plusquam duodecim legiones Angelorum? sed quomodo complebuntur Scriptura? Prædicatio igitur Evangelii militari custodia munita, à Christi schola discrepare videtur: ac proinde incredibilis apparet eo prædicationis genere insignem aliquem prouentum expectari posse, licet fortius aliqui per infusionem convertantur, non enim possunt tunc Ministri Evangelii ea spiritus vi & efficacia pollere, qua in præliis Infidelium pugnandum esset, ut sincera fidei veritas, & verbi Dei virtus omni gladio penetrabilior duca Infidelium corda emolliret. Nec hujusmodi prædicatio erit Deo gloriosa, cum in ea functione humana præsidia, versutæ, hominumque lagacitatem adhibeatur: furent: quia Divina virtutis splendorem potius obumbrant. Quare bene & sapienter dixi Ambros. lib. 5. in Lucam: Qualis debeat esse qui Evangelizat regnum DEI, præcepit Evangelicis designat, ut sine virga, sine pera, sine calcamento, sine pane, sine pecunia, hoc est, subtilijs secularijs administrula non requiriens, fideque tutus patet sibi quo minus ea requirat magis posse suppetere. Nihil igitur difficultatis tempestate hac obtinet potest, quid minus Apostolorum vestigis insistentes, convincamus non esse impossibile castum & sublimis Missionum genus, quod à Christo institutum fuit, dum eo modo se Apostolos mittere pronunciavit, quo ipse à Patre missus fuit, ubi non sacerulus, aut pera, non armatura, vel aliud quodvis præsidium, sed sola cœlestis gratia evidenter emituit.

Neque obstat, quod Christus Apostolique omnes miraculis orbem flexerint, vel subjugarint, & atque nostra ejusmodi vitos non sit adepta: quasi prudentia genus sit, quod cœlesti virtute vacuum est, humanis consiliis explere: non obstat, inquam: nam præterquam quod major virtutum virtutum quam miraculorum gloria in orbis conversione resplenduit, compertum est etiam hoc ipso seculo apertis miraculis DEUM præsentissimum non modo viris Apostolicis, verum & militibus fidei Catholicæ causam circunque agentibus affuisse, quemadmodum historiis Occidentalium Indiarum, & Orientalium nationum consignatum est. Cum ergo nemo possit Apostolicum virtutum exultationem prætexere, & ubi pro fidei causa opus fuerit, prodiga quoque divina ætate hac nostra in promptu sint, efficitur certe, ut qui aliam Missionum rationem humanis consiliis innitentem exercet, ab institutione Christi palam exorbiter.

Nec similiter obstat debet, quod contra objetetur: Missiones inter Barbaros nulla alia ratio posse perfici, nisi conjunctis humanis præsidii. Nam & Apostoli talibus suppetis prorsus defititi, ad barbarissimas nationes, promulgandi Evangelii causam, sunt destinati. Sanctus enim Andreas Scythis prædicavit, ut scribit Origenes in Genes. lib. 3. cap. 1. Sophronius in Catalogo addit non tantum Scythis, sed & Sogdianis, Sacis, atque etiam Äthiopibus verbum DEI prædicasse. Philippus in Asia superiore Scythis, ut Nicéph. hist. lib. 2. cap. 39. Metaphr. in actu ipsius: Joannes in Asia, ut Hieron. Chrysost. & ceteri testantur. Parthis etiam Evangelium annunciasse, vetus illa inscriptio ejus Epistole ad Parthos significat: & Indis, ut declarant litera Patrum Societ-

Societatis IESU, qui nuper in illis regionibus sacrum Evangelium restituerunt, datus anno Domini 1555. Thomas Parthis, ut Euseb. hist. lib. 3. cap. 1. Ruffin. hist. lib. 1. cap. 9. Medisitem, Hiricanis, & Brachmanis, ut Chrysost. Homil. in 12. Apost. & alii Patres affirmant. Adin his Indos Hieronymus, Oſorius Silvensis, gravissimus indicatum rerum nostri temporis scriptor, lib. 3. Præterea non tantum Brachmanis, sed & Taprobane insula Evangelium annuntiavit, scribit Niceph. hist. lib. 2. cap. 50. ante eum idem affirmare videtur Theodoretus de legibus. Bartholomaeus Indis, ita secum volumine Evangelii Mauhæi prædicavit, telle Euseb. hist. lib. 5. cap. 10. Matthæus Æhiopibus, ut idem Euseb. hist. lib. 3. cap. 1. Socrat. lib. 1. cap. 15. & alii reuelerunt. Matthianus denique, præter ea, quæ de ipso leguntur in Actibus Apostolorum, non tantum in Iudea, sed & in ulteriori Æhiopia Evangelium prædicasse, scribit Sophronius apud Hier. Script. Ecclesiast.

Agamus igitur de ceteris nationibus, non tantum ab Apostolis, sed ab aliis etiam verbi DEI praecipuis, ad fidem convertitis. Nonne maxima fuit quondam barbaries prisorum Germanorum, ac Saxonum antiquorum, de quibus Fortunatus Poëta:

*Apera gens Saxon, vivens quasi more ferino.  
Quod si descendamus ad alias euan gentes Septemtrionales, ut fuerunt Saemæ, Pannoni, ac Hungari, de quibus antiqui auctores, præcipue Regino sic scribit: Vivunt Hungari non hominum sed belluarum more: carnibus, ut fama est, crudis vescuntur, sanguinem bibunt, corda hominum, quos capiunt, particulatim dividentes, veluti pro remedio devorant, nullaratione flectuntur, aut miseratione afficiuntur. Quid vero referam de præfatis Polonis, de Erulis, Russianis, aliisque Boraliibus nationibus, quam fuerint atrociores, & bellui simillimi? Qui plura scire desiderat, legat proprios illorum Scriptores. Ac denique innumera alia barbarorum regiones, per predicatores sancti Evangelii humanis præsidii prorsus destitutos, ad fidem humanitatemque, ac vita civilis rationem sunt perductæ. Si vero his nationibus Indorum, aliorumque nostri seculi barbarorum perfidiam, ac mores feritatemque comparemus, longe iuri illis inferiores: quare in illis ad fidem convertendi, non videatur recedendum ab antiqua Apostolicaque Missionum forma; sed, rejectis humanis præsidii, in uno DEO spes tota casto corde erit collocanda.*

## C A P V T II.

### De forma & methodo proponendi Evangelium Infidelibus ac de mu- nere principali Ministrorum in hac parte.

**A**lii ex fidei mysteriis Gentilibus, aliter Judæis hereticis sunt proponenda: at nec tam his quam illis certa nequit præscribi forma divina mysteria edocendi. Deinde aliter cum sapientibus, aliter vero cum insipientibus & barbaris agendum: ut uno verbo dicam, methodus ac modus in fidei veritatibus evangelizandis ut plurimum pendent ex circumstantiis temporum, personatum, nationum, loci, ac propriae

hoc ministrorum prudentia relinquendum.

Illud tamen frequentius obliteretur, ut prius contrarii errores refutentur, ac postea veritas Catholicæ statuatur: hoc enim & ordo naturæ postulare videtur, ut prius grama herbæque intricatoſe eradicentur, antequam lemma terræ mandentur. Quare etiā in disputationibus contra Infideles de fidei mysteriis non ad hoc conati debemus, ut fidei veritates rationibus necessariis & evidentiis demonstremus: hog enī sublimitati & excellentiæ fidei derogat, quæ non solū humanas mentes, sed etiam Angelicas exceedit: possumus tamen duo in disputationibus intendere: ut optimè adnotavī D. Thom. lib. 1. con. gent. cap. 9. *Primum contrariorum erroris diffidere*, ac sidem nostram non esse impossibilem, nec contrariationem naturalē defendere. Hoc enim est quod D. Petrus monit, ut simus parati reddere rationem de fide nostra. Alterum vero est fides nostra a mysteriis ostendere esse evidenter credibilia. & digna, ut etiā omnes sentiantur, auditus tantuſ motivis, assensum præbere.

Illud præterea notatione dignum videtur, dogmata fidei Christianæ ita omnem nostri intellectus capacitatem excedere, ut nulla ratione naturali lumine possint investigari: tum ob nostri intellectus debilitatem, tum ob naturæ divinæ magnitudinem, ac maiestatem: ut sol qui etiā natura sua lucidissimus sit, tamen quia noster asperetus est imbecillus, pati non potest solis fulgorem. Convenienter tamen, immo & necessario, ut fide tenenda hominibus proponuntur, ut ea quæ de DEO naturali illustratione consequi non possumus fidei ministerio, DEI ope & beneficio obnivamus. Hanc vero doctrinam D. Thom. lib. 1. cap. 5. habet hinc alias ratione demonstrat: Nullus (inquit) desiderio & studio in aliquod tendit, nisi sit ei præcognitum. Quia ergo ad alios bonum, quam experiri in presenti vita possit humana fragilitas, homines per divinam providentiam ordinantur, ut in sequentibus investigebitur, oportuit mentem evocari in aliquid latum, quam ratio nostra in præsens posse pertingere, ut sic desceret aliquid desiderare, & studio tendere in aliquod, quod tunc in statu profanis vita excedit. Et hoc præcipue Christianæ Religionis coppet, quia singulariter bona spiritualia promittit: unde & in ea plurima humanum sensum excedentia propounderuntur. Lex autem vetus, que temporalia promissa habebat, pauca proposuit, quæ humana rationis inquisitionem excederent. Secundum etiam hunc modum Philosophus cura fruit, (ut patet 7. & 10. Ethicorum) ad hoc, ut homines a sensibilius delectationibus ad honestatem perduerent: ostendere esse bona hi sensibilius potiora: quorum gustu multo suavius, qui vacante activis vel contemplativis virtutibus, delectantur.

Est etiam necessarium hujusmodi veritatem ad credendum hominibus proponi, ad DEI cognitionem verarem babendam. Tunc enim solū vere Deum cognoscimus, quando ipsum esse credimus sicut omneid, quod de DEO cogitari ab homine possibile est, et quod naturalem hominis cognitionem divina substantia excedit, ut supra ostensum est. Per hoc ergo, quod homini de DEO aliqua proponuntur, qua rationem excedunt, firmatur in homine opinio, quod DEUS sit aliquid supra id, quod cogitari poset. Hactenus D. Thom. Quibus illud in confirmationem adjungi potest: quia veritas fidei est maximè nostro intellectui contenta: & quantumvis eam ratio naturalis non assequatur, non capiat, non demonstret, convincitur tamen ad eam credendum hisce rationibus.

Prima, qua intellectus noster probè novit, se esse

est latius infirmum : at DEUM esse substantiam immensam , ut non magis eam possit capere , quam universam pelagi aquam intra valculum exiguum concludi liceat.

Quin etiam experimento docemur , plurima fieri , quæ revera mitra esse agnoscimus , admiratur , stupimus , causam eorum ignoramus , quo pacto sicut nescimus . Item multæ sunt in stirpis , gemmis , metallis , & animantibus vires , & facultates , quæ nostræ notitiam effugunt : quid ergo mirum , si multæ divina sint , quæ nos omnino lateant ? Et sicut vires rerum abditas , & occultas credimus , etsi nos fugimus : sic multa divina oportet nos credere , licet nostræ mentis captum exsuperem . Atqui licet multa divina non asequamur , intelligimus tamen esse creditu dignissima , atque à ratione non abhorrentia , non absurdia , non incommoda .

Addo mentem nostram , naturali ratione dum , cognoscere DEUM esse primam & summam veritatem , quæ nec falli , nec fallere , nec mentiri potest , & omne dictum à DEO esse verissimum , atque certissimum , quamvis homo id intelligendo non consequatur , sed simul etiam intelligit , quæ Christianorum lex de DEO supernaturalia præcepta tradit , ac docet , tamen naturali ratione non probantur , dignissima esse credi , esse admodum consona , nihilcum rectatione pugnare : ergo natura duce mens credit prudenter ac sapienter , credibilia esse , quæ lex Christiana prescribit .

Nemo item est , qui non probè norit , homines non posse vivere , quin multa credant , quamvis ea clare non videant . Et adeò verum est hoc , ut licet certò experianter , homines sæpe alios deludeant , labi , errare , mentiri , plurima tamen vera esse arbitremur soluni , quia iis , quiea dixerunt , fidem habemus . Si ergo vivere non possumus , quin multa solo hominum testimonio , & auctoritate credamus , quid mirum si plurima divina sint , quæ ratione non comprobata , divino tamen testimonio patet credamus ? Quare multa sunt , quæ et si ratio naturalis non proberet , convenienter hominibus credenda proponuntur , quibus ipsi fidei tenentur adhibere , maximè si testimonii gravissimis confirmantur .

Est autem deinde considerandum , in fide duo esse perpendenda . Primum est , assensus hominis in ea , quæ sunt fidei , & quæ à DEO credenda nobis media prædicatione proponuntur . Secundum ipsa res , sive mysteria fidei proposita . Ut igitur quis assensum præbeat , dico itidem desiderantur : primum doctrina fidei , congruentier exterius proposita , miraculisque visis , vel persuasione hominis congruentibus testimonis , confirmata . Alterum est , DEUS interius hominem petromvens , tam intellectum illustrans , quam voluntatem allicens , ut rebus propositis assentiatur : & hæc est potissima causa , & origo nostra fidei . Nam experientia constat , non sufficere fidei externam prædicationem : videntium enim idem miraculum , & audientium ; vel legentium eandem doctrinam quidam credunt , quidam non credunt : quare oportet ut alia causa potentior accedit , DEUS scilicet interius movens . Adhuc tamen sine fidei propositione nihil fit , quomodo enim credent sine prædicante ? Quare cum à fidei propositione , & simul à confirmatione , qua ostendatur fidei nostræ credibilitas , pendeat sufficiens fidei propositio , immo & totum negotium conversionis , quantum est ex parte ministrorum , eorum scopus inter fidèles esse debet fidei veri-

tates proponere , easque firmissimis argumentis ornatas corroborataque demonstrare , ita ut sufficienti propositione omnibus confiteretur , fidei nostra mysteria esse vera , à DEO revelata , fide dignissima , & necessariò credenda ad salutem .

Nec sufficit infidelibus ostendere , probabilitas esse nostra Religionis mysteria , ut credantur tanquam à DEO revelata . Unde D . Tho . 2 . 2 . quæst . 2 . art . 4 . neminem putat crediturum prudenter , nisi putet esse evidenter credibilem doctrinam fidei : cujus ea ratio reddi potest : quia quando aliqui proponitur sermo , si alias non sit manifestus , ut creditur , indiget ut ab eo confirmetur : unde cum res fidei sint supra humanam rationem , necessarium est adhibere aliqua testimonia , quibus sermo prædicantium confirmetur : manifesteque ostendatur hujusmodi sermonem processisse à DEO . Unde Dominus discipulos ad prædicandum mittens , dixit : *Infirmos curate , mortuos suscitare , &c.* Et alibi : *Illi autem prædicarunt ubique Domino cooperante , & sermonem confirmante sequentibus signū . Miracula igitur voluit DEUS per suos Apostolos , & per alios verbi prædicatores , sæpius fieri in confirmationem Evangelij , ut manifeste ostenderetur , hujusmodi doctrinam processisse à DEO , dum prædicantes ea mirabilia præstiterunt , quæ solos potest facere DEUS .* Unde Augustinus libro de spiritu & litera c . 34 . d . Auguft . *Nec enim (inquit) anima rationalis credere potest , si nulla sit vocatio vel status cui credat . Quare non sufficit revelationis mysteriorum fidei , nisi ad sim motiva , quæ moraliter necessaria sunt , ut infideles persuasi de fidei nostræ credibilitate , ei præbeant assensum . Quam ob causam sancti Evangelii ministris maximè enitendum est , ut dum fidei mysteria proponantur ex miraculis factis , quam ex aliis gravissimis argumentis , (quæ in promptu semper habere debent , ad ostendendam evidenter fidei nostræ credibilitatem) ea confitentia sit tantum .*

### C A P V T III.

Fidei Christianæ mysteria esse evidenter credibilia demonstratur , tam secundum se , quam comparata cum aliis factis .

**P**rimò se offert considerandum , fidem Christianam esse quād Solem quendam , qui radios lucis clarissimos ex omni parte diffundit , ut clarissime per eos cognosci possit . Habet enim plurimas notas sive testimonia ac signa , quæ cam discernunt ab omni falsa religione Paganorum , Judorum , & Hereticorum . Et hec non efficiunt evidenter verum , ipsam esse veram DEI Ecclesiastam , tamen efficiunt id evidenter credibile . Nam evidenter verum dicitur , quod vel in se , vel in suis principiis videtur : evidenter vero credibile illud , quod non videatur nec in se , nec in suis principiis ; habet tamen tot , & tam gravia testimonia , ut quilibet vir sapiens merito id credere debeat : ut si judex videat hominem à larrone occidi vel vulnerari letaliter , & postea mori , habet evidenter clarissimam veritatis , quod ille latro sit homicida : si autem cædem fieri non videat , sed habeat viginti testes , viros gravissimos , qui dicunt se vidisse , habet evidenter credibilitatis .

Dicimus ergo hæc testimonia sive motiva , quæ

Pf. 92.

qua afferemus, non facere evidentiam veritatis simpliciter: quia alioquin nulli invenirentur, qui id negarent: sicut nemo invenitur, qui neget sententias, quas Mathematici demonstrant veras esse: sed tamen efficiunt evidentiam credibilitatis, iuxta illud: *Testimonia tua credibilis facta sunt nimis.* Apud eos autem, qui admittunt Scripturas divinas & historias, ac vereum Patrum scriptia, faciunt eiam evidentiam veritatis: tamen si enim articulorum fidei veritas non possit nobis esse evidens ab solle, potest tamen esse evidens ex hypothesi, id est, supposita veritate Scripturarum: quod enim ex Scriptura evidenter deducitur, est evidenter verum suppositis Scriptis. Illud denique præmittendum duximus, quod est singula argumenta non probent evidenter mysteria fidei esse digna ut credantur, omnia tamen simul, & quasi in agmen redacta, evidenter faciunt credibilitatis fidei nostræ, ut aperte sequentibus motivis ostendemus.

Primum motivum desumitur ex Auctore nostra doctrinæ ac fideli, qui est Christus, quem & extiisse ita certum est, & evidens, sicut extiisse Augustus Cæsar em, & illum fuisse primum auctorem ipsius adversarii concedunt, qui propterea Fideles maximè persecuti sunt, quod in Crucifixum cederunt: & non docuisse falsa, vel ex ignorantia, vel ex malitia manifestissimum etiam est ex ipsa doctrina, prædicione, responsis, & Prophetiis Christi, & ex ejusdem viræ innocentia, cuius testimonium, præter testes fide dignissimos, Joannem Bap., ita, cojas sanctarum non negant. Judei; aut Apostolos, quos incredibile est, aut ex malitia fuisse mentitos, cum nulla spe temporalis commodi aut honoris Christi vitam prædicavit, aut ex ignorantia, cum magna experientia prædicarent, quæ suis oculis viderant, habemus testes ipsos inimicos & vulgarium enim est illud Iosephi lib. 18. *Antiquitatum, Tiberius, & Tiberii apud Tertullian. lib. contra Celsum, & Porphyrii lib. de R. Ipponit, ubi ait: Deo gentium pronunciasse Christum fuisse sapientem, & piuum. Hoc argumentum utuntur Cuiuslibet Oratione 2. & 3. contra Iudeos, & Aug. istinus lib. De catechizandis rudibus cap. 2.4.*

Secundum motivum ex Prophetiis: nam haec non possunt esse, nisi à DEO, ut patet tum ex illo Isaia: *Anuntiate nobis, qua ventura sunt, & dicemus, quod dixeris.* Unde & damones ad persuadendam Deitatem conati sunt è furens prædicere furia: unde dabant responsa & oracula, vel manifesta, quando res erant futurae in causis naturalibus; vel amphibologice, & aequivoce, quando erant futurae, & dependentes à causis libertis. Tum ratione, quia nullo modo naturaliter devenir potest in cognitionem futuri continent genus, consequens nimur libertatem humanae vel divinae voluntatis. Non enim ex aliquo obiecto naturali: nam hoc maximè esset ipsam voluntas, quæ tamen si sit divina, est nobis ininelligibilis: si humana, ut patet experientia, ipsa ignorat, quid voluerit. Neque ex ipsa potentia intellectiva, nam hujus objectum naturale est dependens à sensibus & causis naturalibus. Hoc argumentum utuntur Justinus in *Quaest. ad Orthodoxos* q. 2. & 146. Tertullian. in *Apologeticus* c. 20. Chrysostom. Homil. 18. in Joan. Aug. st. de confessu Evangel. à cap. 28. usque ad finem.

Quod vero de nostra fide & mysteriis sint particulares prophetæ, quarum fuit certissimus evenitus, patet tum ex veteri, tum ex novo testamento,

to, nam in illo plures sunt, de Christi incarnatione, nativitate, morte, &c. in hoc vero sapimus Christum, & Apostolos multa prædictissima de Ecclesiæ propagatione, gentium conversione, persecutione Christianorum, quæ quondam videmus impleri, vel impleri esse, & quæ nondum sunt implera. Ex his, quæ jam completa sunt, certò colligere possumus implenda esse, ut assit August. 12. de *Civit. cap. 10.*

Tertium motivum est ex antiquitate nostra doctrina: quo motivo utuntur multi Parcer, & praefertini August. Epist. contra fundamentum Manichæi cùm ait: *Nam si de fide unius DEI, quam habemus, loquemur, hec antiquitate precedit, & idolatriam, & omnes scilicet Philosophorum, atque Gentilium: ut probant Justinus in suo Abortorio ad gentes, Laetanius lib. 2. Divin. inst. c. 14. Cyrillus Alexandrinus lib. 1. contra Jul. August. 18. de Civit. cap. 18.*

Si vero loquamur de sacris litteris, in quibus habetur haec fides, quam nos habemus, illæ longe antecesserunt omnia profanorum monumenta, ut ostendunt Iosephus lib. 1. contra Appionem, Justinus *Apologia* 2. Tertullian. in *Apologet.* c. 19. & alii.

Si demum de Christi, & Apostolorum doctrina loquamur, illam apud nos semper, & omnino illæam permanuisse, probatur, tum ex continua successione Episcoporum à D. Petro usque ad nos. Quo argumento fidem, & Ecclesiam nostram esse antiquissimam, & Apostolicam, & veterem probant Irenæus lib. 3. c. 3. Tertullian. de *præscript. c. 6. & 11.* & Hieron. contra Luciferian. circa finem. Tum ex perpetuo nomine Christi, & Apostolorum, quod sibi reuenerit nostra fides, & religio, ita licet heretici tam antiqui, quam moderni, conari sint varia nomina Catholicis impunere, non quia tamen potuerint illos appellare ex particulari auctore, sed ad summum ex particulari illo dogmate, quod illi impugnabant. Sic Montanisti vocarunt Catholicos *Physicos*, id est, Animales, eo quod nobleant servare tres quadragesimas, quæ illi jejunabant: & Calvinistæ *Papistas*.

Quatum motivum est ex latitudine doctrina nostræ. Quo argumento utuntur Tertullian. *Apologetico* c. 39. & Justinus *Apologia* 2. Nam fides nostra ea docet, quæ ratione congruunt, & ad mores conformandos respectu D. Ei, proximi, & sui ipsius, & ad recte vitam instituendam valde conferunt, juxta illud Psal. *Lex Domini immacula. ea convertens animas.* Pf. 116.

Quintum motivum est, ex admirabili ac divino modo promulgandi fidem: qui satis expresse declarat illam non nisi à DEO esse posse. Consistit autem admirabilis ille modus in his. Primo, quod fides promulgata est à paucissimis hominibus, iisque indoctis, & rudibus, nulla nobilitate claris, & pauperibus. Secundo, quod illi ea docebant, quæ magna ex parte hominum voluntatibus repugnabant, quæ erant ab omnibus sensibus remota, & ad intelligentium, & faciendum perdifficilia. Tertiò, quod adducebant homines ad hanc fidem, non spealium commodi, vel lucri temporalis, sed sola spe bonorum exterorum, quæ non videntur. Quartò, quod hanc doctrinam eorum prædicatione plurimi sapientissimi, eloquentissimi, nobilissimi, ac ditissimi, una veritatis virtute Domino cooperante, vieti ac superati, reliquis partiis religionibus, quam libenter esse receperint. Hoc argumentum, cuius maximam vim voluit Apostolus à Corinthiis intelligi: *Vide Fratres vocationem Corint. 2. vestram.*

vestram, quia non multi sapienter, non multi nobis. Et utuntur Patres Justinus apologetus, Chrysostomus, Hom. 34. in Matth. Aug. lib. 22. de Civitate. 3. Damascenus, 6. 4. de fid. c. 4.

Sextum noctivum sumitur ex miraculis: quorum vis fuit maximè induciva ad recipiendam fidem, ut patet Joan. 5. ubi Christus Dominas, ego, inquit, mafias testimonium habeo ipso Iohanne Baptista: opera, que ego facio, ipsa perhibent testimonium de me. Unde & Nicodemus Joan. 3. Scimus, inquit, quia à Deo venisti: nemo enim potest haec signa facere, quia tu facis, nisi sit à Deo. Et propterea DEUS, Exod. 4.

Joan. 3.

Exod. 4.

Joan. 10.

Moysi dicenti fore, ut populus Hebreus non cederet se à Deo profectum fuisse, dedit potestatem miracula faciendi: & ut Joanni Baptista fides adhiberetur in testimonio, quod de Christo Dominino præbuit, voluit DEUS, ut in eis nativitate plura miracula contingent. Et Christus Dominus præcipiens Apostolis Evangelij prædicationem, subdit dicens: Eantes prædicate & signa autem eos, qui crediderunt haec sequentur. Est autem miraculum apertissimum motuum ad confirmandam fidem, sive illa considerentur per ordinem ad credentes, quia cum naturale si homini ex effectibus causas investigate (hac enim methodo omnes scientie traditae sunt) ex miraculis, tanquam ex effectibus supernaturalibus cause supernaturales, iuxta veritates fidei colligi possunt, sive considerentur secundum se, quia evidens est miraculum à se à DEO fieri posse, & DEUM non esse. Atrum illud in confirmationem falsitatis. &c. Ideo hoc argumento præter partes, Chrysostomum Tom. 3. in 2. Cor. Tertullian. in Apologeticus cap. 27. Arnobium lib. 1. Augustin. 10. de civi. cap. 12. lib. 16. 17. usus est ipse Christus: Si mihi non vultis credere, operibus credite. &c.

Multipliciter autem ex Apostolorum, & Christi miraculis ostendebatur, doctrinam, quam prædictabant, esse à Deo revelatam. Primo, ex multitudine illorum; Secundo ex magnitudine, & varietate: Tertio, ex modo operandi; aliquando ex ceremonijs, ut cum vixum restituit luii conactu: aliquando ex solo imperio, sine ulla vel coeli & astrorum influentijs, vel applicatione acti vorum suis passivis; quale illud: Adolescens tibi dico, surge: volo, mīlāre: & imperabat ventus. &c. 4. Ex circumstantia virtutum moralium: sic Marci 8. ex misericordia pavit turbam propter gloriam Dei: Joan. 17. Pater manifestari nomen tuum hominibus super terram. Similiter in Apostolis videntur quædam & mirabilia: nam sola Petri umbra sanabat, &c.

Objicies, miracula, quæ circumferuntur de Christo & Apostolis, verè non fuisse facta, quod historici gentiles eorum temporum nullam illorum fecerint mentionem.

Secundo, dato quod facta fuerint, fuisse præstigia & falsa, cum similia fieri possint artibus magicis, & facta narrari: ut à gentilibus, quæ tamen nos negamus à DEO processisse.

Tertio, licei fuerint vera miracula, nihil tamen illa valere ad confirmandam nostram fidem: nam interdum vera miracula facta etiam fuerunt ab illis, qui falsam fidem proficebant, ut à gentilibus & hæreticis, ut referunt Valerius Max. lib. 8. Laetani. lib. 2. Sozomenus lib. 1. cap. 14. & Augustinus lib. 21. de Civitate.

Ad primam objectionem Respondeo, Christi miracula non solum narrari à nostris, sed etiam ab alienis, ut à Josepho, à Lentulo Epistola ad Senatum Romanum, quæ exstat apud Eusebium lib. 2. hist. Et de Christianorum miraculis constat in historiis gentilium, & Antiquis Imperatorum, ubi habe-

Thom. à Iesu Oper. Tom. 1.

tur Imperatores aliquos ob beneficia miraculosa recepta, propter Christianorum orationes, gratos illis fuisse, ut de legione Christianorum, quæ sub M. Aurelio pluviam, & vicissitudinem in tracolose obtinuit, refert Niceph. lib. 4. cap. 12. Quod si per pauci gentiles de Christo, & apostolorum miraculis scriplerint, id fuit factum, primò instinctu demonis. Secundò, quia metuebant in peratores, qui puniebant Christianos, ut sacri legos, & eorum fautores. Tertiò, quia non intelligebant vim horum miraculorum: nam illa tribuebant artibus magicis. Quarò, non est mirum, quod hostes nostri ea non referant, quæ faciunt in nostra fidei confirmationem.

Ad secundam Respondeo cum Aug. lib. 10. de Civitate. cap. 6. Euseb. lib. 4. & 5. hist. & Tertullian. in Apologeticus cap. 22. & 23. Christum verè suscitare mortuos, illuminare cæcos, prædictare futura, & internas animi cogitationes penetrasse, idque evidensissimum fuisse, ut Pharisai nunquam ausi fuerint obsecrare salutarem, præterquam quod fatus confitare potest id ex multitudine, magnitudine, & circumstantiis horum miraculorum: nam haec omnia satis aperiè indicant ea non potuisse fieri arte demonis.

Ad tertiam dico primò, ex quatuor possiblissimum differentiis inter miracula gentilium, & hæreticorum, & nostra illa reddi suspecta; haec vero nostra dignoscere quam verissima. Nam primò illa, ut ait Augustinus libro de utilitate credendi cap. 16. fiebant ad ostentationem non ad utilitatem; haec semper habebant conjunctionem utilitatem, & propterea sibi hominum benevolentiam conciliabant. Secundò ex eod. 22. de Civit. cap. 9. & 10. fiebant opera dæmonum ad inducendos homines, ut adorarent vel ipsos dæmones; at haec ad adorandum unum DEUM. Tertiò illa non poterunt fieri ad confirmationem erroris, licet daremus posse dæmones vera miracula facere: nam spectat ad providentiam Dei, non permittere tantum malum; haec vero fiebant in confirmationem nostra fidei. Quartò à nostris fiebant miracula per solam invocationem nominis JESU, & ubique, aut ubicumque opus erat, & occasione data, & in quacumque re, ut videre est in Virtus Sanctorum, ab aliis sanctissimis viris conscriptis. At inter gentiles paucissima legantur miracula, & calo, & non ad libitum eorum, qui ea faciebant, & multis etiam alijs adhibitis, & requisitus, quæ illa poterant suspecta reddere.

Dico secundò plura miracula apud hæreticos, & gentiles ab illis fuisse conficta, ut ait Justus, in Oratione Pater noster, plura itidem non excessisse virtutem rerum naturalium, ac prouinde posuisse arte dæmonis: plura denique fuisse delusiones potius quasdam, quam vera miracula, ita ut si voluerint homines non temere credere, potuerint apena falsitatis indicia reperire, quæ tamen permisit DEUS fieri apud gentiles. Primo, quia non erant in aliquid præjudicium fidei, cum non fierent in confirmationem erroris. Secundò ad manifestandam Dei providentiam. Tertiò ad probationem bonorum, & possum malorum: nam justum est, ut qui se dæmonum cultui tradiderant, permittantur à Deo per haec à dæmonibus illudi, cum præfertum sufficienter DEUS præmuniter nos aduersus haec, ut patet in miraculis Antichristi, quæ quia magnam habebunt veritatis speciem, præmonuit nos Christus de eorum falsitate, quæ prædictio nos confirmavit in fide.

Dico tertio, quandocunque perventum est in fidei controversia ad militaria, tempore nostros 3. Reg. 18. fuisse

F

fuisse victores, & rater ex confusione Moyis & Aaron cum Magis Pharaonis; ELIÆ cum Propheris Baali; D. Petri cum Simone Mago, ut narrat Hegesippus; Eugenij Episc. Catholicorum cum Cicero Episc. Arriano, ut assertit Gregorius Turonensis lib.3. hist. c.3. Quod factum est, ut noltri se pro provocarent gentiles ad hujusmodi miracula, ut assertunt Atrob. lib.1. & Tertull. in Apolog. c.23.

Dico quarto, plura fuisse apud gentiles vera miracula virtutis divina facta, quoniam non fiebant in confirmationem erroris, sed ut manifestaretur vel particularis Dei providentia, vel innocentia alicuius hominis, ut est illud de Claudio, quem navim, quam nemo poterat movere, suo cingulo traxi, & de virginie Vestali, quem aquam cruento portavit.

Septimum motivum, quo utuntur Chrysostom. Hom. 26. in Matth. Hier. in c.9. Matth. Lactanius lib. 3. inst. div. c.23, sumitur ex efficacia nostre doctrinae, tum in demonis illius hostis acerimi viribus frangendis, qui vel in idolis tacebat, vel per ea, & per obsecros vim Evangelice veritatis confiteri cogebatur, ut videre est apud Ruffinum lib. 10. cap. 10. & 19. & apud Victorem lib. 1. de persecutione Vandalica: tum in adversariorum audacia coercenda, quippe in disputationibus illi resistere non poterant; tum denique in rebus difficillimis per suadendos, & abundantem animis interius permovendis, ut de Christi Domini sermonibus pluribus in locis testatum habetur. Nam Joan. 7. ministri à Iudeis missi ad Christum apprehendendunt, id facere destituerunt dicens: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Et Matt. 15. ac Marc. 8. legitimus quod turbas, relictis dominibus, & oblitis necessarij cibi, integros d'es, immo & triduum illum fuisse fecutas.

Ostavum morivum est ex constancia ipsius, que inter toti adversa, puta inter persecutions variis, multiplicies, & maximas, cum ab hereticis, tum gentilibus excitata, semper illæ permanens; cum est contra secta gentilium, & idolatria, maxime post Christi adventum, sed jam defecet, & plurime haereses fini jam exinde, & paulatim extinguntur: quod est certissimum signum nostra fidei, doctrinam non nisi à DEO promansisse, ut bene argumentatur Gamaliel. Att. 5. dicens: Si opus hoc non est ex DEO, dissipetur. Hoc argumentum utuntur Tertull. contra Scapulam, & Apologeticus cap. ultimo. Justinus in Dialogo cum Triphone, Augustinus lib. 22. de Civitate cap. 6.

Nonum motivum sumitur ex testimonio infinitorum hominum pro confessione fidei ex omni generi, sexu, aetate, qualitate (pura, in doctrina, nobilitate, potentia, sanctitate,) clarissimorum, summa constantia, & patientia mortientium, multis signis & miraculis in eorum morte contingentibus, & admirabili conversione ad nostram fidem ob eorum mortem constantier toleratam, & innumeris signis ipsorum sanctitatis tunc visa: tum infinitorum gentilium, tom eorum, quibus erat cura demandata, Christianos occidendi, nisi fidem deferebant. Hoc argumentum utuntur inter alios Justin. Martyr. in Apolog. ad Senatum Romanum, ubi tellatur se maximè mortuus fuisse ad Christi fidem amplectendam, & Lactant. 5. inst. c. 13. & 14. Quod argumentum optimum est, sumptum cum circumstantiis praedictis: nam constat multos pro tuenda haeresi mortuos esse. Sic Tertullianus lib. de fuga in persecutione & Euseb. lib. 5. hist. c. 18. referunt Montanistas gloriari folitos de numero suorum Martyrum, & idem de Melianis referunt Epiphanius. haeresi 80. de Donatistis

Augustinus Epistola 68. Veram illi, & pauci fuerunt, si comparentur cum nostris Martyribus, ut ostendunt Victor de persecutione Vandala, Euseb. lib. 5. & 7. cap. 19. Nec fuerte ex omni genere, sexu, & aetate, nec in illis elucebat sanctitas, quæ in nostris, qui pro illis orabant se p' à quibus torquebantur, & illos convertebant ad fidem: neque in eorum morte signa & prodigia siebant: neque demum propterea crecebat numerus eorum, qui haeresim illam sectarentur. Cum tamen ob nostrorum Martyrum mortes incredibiliter augentes numerus fidelium. Quod notavit Tertull. in Apol. c. ultimo, dicens sanguinem Martyrum esse semen Christianorum.

Decimum motivum, ex infelici exitu eorum, qui nostram fidem sunt perfecuti, & felici eorum, qui illi faverunt: quod patet multis exemplis, tam gentilium, quam haesitarcharum, quæ illi possunt apud Medinam lib. 2. De recta in Deum fide. Hoc argumentum utuntur Tertull. lib. contra Scapulam & Chrysostomus Oratione 3. contra Iudeos.

Undecimum motivum, ex testimonio eorum, qui Christi fidem non receperunt, tum de auctoritate nostræ fidei, tum de ipsa fide, & iis qui illam proficiuntur. Nam Josephus lib. 18. Antiquitatum testimonium prohibuit de Christo. De eodem etiam Sibylæ apud Lactanius lib. 1. c. 5. 6. & 7. De Christianis vero referunt Justinus in 2. Apolog. trium Imperatorum in eorum commendationem. Plinius etiam Secundus ex Tertull. in Apol. c. 2. de ea rescriptu Epistola ad Trajanum imperatorem. Hoc argumentum assertit Aug. de Civit. 47. maximum habere pondus ad nostram Religionem confirmandam.

Duodecimum motivum, ex Fidelium generali prudentia, sapientia, optima gubernatione, fama. Unde legimus quosdam Barbaros, auditis moribus Christianorum, Doctores Christianos postulasse. ita Socrates lib. 4. c. 27. & Theodoreus lib. 4. c. ult. Ex admirabili prudentia, in magna differentia graduum, & officiorum, & pulcherrimo ordine totius Religionis Christianæ: cum enim, qua à Deo sunt, ordinata sint, valde credibile est, Religionem nostram, ubi taliaque tantus viger ordo, à DEO esse. De hac re legendus est Nazianzenus Oratione de moderatione in disputationibus habentibus.

Decimum tertium motivum, ex motivis internis, puta bonis cogitationibus, & illustrationibus, & piis affectibus ad id, quod honestum est, & ratione consentaneum, & inter nos consolacionibus, quas Fideles supra naturam ordinem in seipso experientur, & varijs deumis providentia modis, quibus DEUS hominem ad fidem conductit: quæ motiva ex D. Tho. 2. 2. q. 2. art. 6. majus pondus habent, quam cetera motiva.

Ex his motiis sic possumus una vel altera demonstratione nostram confirmare Conclusio nem. Prior si haec illa doctrina est evidenter credibilis, cuius auctor est ineffabilis veritas, & singularis sanctitatis, qua multo ante eum à sanctissimis viris predictis, quæ nihil contra bonos mores, & rectam rationem continet, sed mirabiliter confort ad vitam recte instituendam, cum si summe sanctitatis, integritatis, & efficacie, quæ in sui propagatione divinitus probata fuit, & innumeras, ac veris miraculis confirmata, quæ mirabiliter innumerabiles Gentilium, Judæorum, & Haereticorum persecutions illæ permansi, & incredibiliter crevit, pro cujus confessione, ac defense infinitus hominem numerus coiunctusque generis, etatis, sexus, & conditionis, tam alacriter

Joan. 7.

Matt. 15.  
Marc. 8.

Att. 8.

criter mortem subiit, cuius persecutores tam gravibus supplicijs multati sunt, cuius sanctitatis & integratij ipsimet adversarij, vel inviti perhibere testimoniun coacti sunt, quam denique qui recipiebant super naturae ordinem ad illam se variis illustrationibus affici, & alli ci sentiebant, quamque complexi sunt tot viri sanctitate, sapientia, doctrina, & omni virtutum genere clarissimi; sed doctrina nostra fidei est hujusmodi, ut patet per currenti per motiva praedicta: ergo, &c.

Altera demonstratio, qua praecedentem confirmat, est desumpta ex divina providentia: nam evidens est naturaliter DEUM habere providentiam actionum humanarum, & gubernare homines in iis praesertim, quæ spectant ad felicitatem eternam, & honestatem morum, & verum Dei cultum, ergo in his rebus gravissimum ad illam pertinet non permettere homines ratione signis decipi, & praesertim eos, qui toto corde DEUM querunt, cum res fidei proponantur, ut credenda, quia revelata, & justificata à Deo, ad eius beatitudinem, veritatem, & sapientiam spectat, non permettere, ut falsa, tam manifeste sua auctoritate confitentur, sed de facto permisit DEUS doctrinam Catholicam tanquam argumentum confirmari; ergo evidens est, eam esse veram, &c. Deo.

Ex his manifeste sequitur, quod doctrina nostra fidei comparata cum doctrina Gentilium, Judæorum, & Hæreicorum omnium maximè est evidenter credibilis, & credenda. Prior pars probatur primo, iisdem Scripturæ locis. Secundò ratione: Evidenter credibile est, esse aliquam religionem in mundo: nam est contra Dei providentiam permettere totum genus humanum cœlum vero DEI cultu & cognitione: at si est aliqua religio, evidenter credibile est, non esse sectam Gentilium vel Hæreticorum, ergo evidenter credibile est, esse illam, quam nos profitemur. Consequens patet etiam sufficientiam enumeratione. Minor vero probatur: quia si comparetur cum factis Gentilium, haec continent multa fallia contra rationem, & lumen naturale, quod observarunt Justini in *Abortorio ad heresi Tertul. in Apolog. August. primis 12. libris de Cœitate Dei*. Præterea continent multa inter se pugnantia, ut patet in Alcorano, ut fuisse ostendimus infra: illarumque auctores fuerunt homines improbi: si vero comparetur cum Judæorum lege, non dubium quin illam in multis excedat.

Primò nonnulla ex signis adducti in hunc finem facta sunt, ut rejecta Judæorum lege Evangelium induceretur. Secundo licet Judæorum lex sancta sit, & à Deo tradita, Judæi tamen post Christi adventum multa fallia, & absurdula docuerunt, ut videre est apud Sixum Senensem lib. 2. Biblioth. quorum saltem aliqua, ut usuram esse licet, omnes amplectuntur. Tertiò in prophetiis, quas non negant Judæi esse à Deo, reperiuntur ea, quæ sunt in nostra doctrina prædicta, quæ nos facta videmus, & ipsi vel inviti experientur. Quo argumento usus est Christus, Joan. 5. *Scrutamus Scripturas*; & Luc. ult. incipiens a Moysi. Si demum comparetur cum quacumque secta hereticorum, evidens est, has esse incredibiles. Nam primò eorum auctores fuere viri pessimi, ut patet ex miserrimo & surpissimo eorum exitu.

Secundò in qualibet eorum est mira doctrina inconstans, instabilis, & contradictria, quod auctores eorum vel pugnantia dicent, vel quædam docent, que postea mutabant, vel quia paulò post eorum heres in plures sectas divide

*Thom. a Jesu Oper. Tom. I.*

rentur, ob dissensionem discipulorum, tum interfice, tum à suo præceptore, ut conigit in Ariana heresi, cuius novem mutationes brevi tempore factas refert Niceph. lib. 12. c. 20. 21.

Tertiò, quia nulla est heres, quæ non aliquid contra bonos mores, rectam rationem, rectam que existimari osem de DEO doceat, ut notarunt Irenæus lib. 1. & 2. contra Heres. Epiphanius. Heresi 26. 27. & August., lib. de Heresibus. Et id evidenterissimum est in heresibus nostris temporis, nam negant liberum arbitrium, DEUM faciunt auctorem mali, negant justos obligari præceptis.

Quartiò nullus hereticus donum prophetae verè habuit, nullus in confirmationem suæ doctrinæ vera miracula edidit, sed cum fingeret se velle ea facere, statim eorum doli detegebantur, quod aperissimum est signum falsitatis doctrinæ, cum uero art Chrysostomus Hom. 1. 4. in Matt. & S. Thom. 1. 2. q. 178. art. 2. ad tertium, vera miracula veram fidem comitentur: contrà vero professores Catholicæ fidei quamplurimi, & viri sanctissimi donum prophetae habuerint, & in confessione nostra doctrinæ multa miracula ediderint.

Quintò qualibet heresum incepit post prædicationem Apostolorum, multæque ex illis jam extinctæ sunt, vel paulatim extinguntur, cum tamen vera fides debeat esse perpetua in aliqua saltu hominum congregations, & ab eo tempore, quo prædicari à Christo & Apostolis coepit, usque ad finem mundi illæsa permanere, qualis est, quam nos profitemur, ut patet cum ex perpetua conservatione ejusdem nominis, tum ex continua successione Episcoporum à D. PETRO usque ad nos. Quo argumento contra hereticos utuntur Patres citati in tertio motivo ad probandum fidem & Ecclesiam nostram esse antiquissimam, Apostolicam, & veram.

Objiciunt heretici, non esse bonum argumentum ex hac successione Episcoporum ab Apostolis: nam licet continuata fuerit usque ad tempus illorum Patrium, non tamen usque ad nos. Sed contra, nam eo modo, quo illi Patres usque ad sua tempora ostenderunt illam continuasse, codem nos modo usque ad nostra.

Objiciunt rursus heretici, neque hinc posse sumi argumentum vera Religionis: nam licet isti Episcopi sint continuati ab Apostolis, jam diu tamen fidem amiserunt, sicut patet in Ecclesia Graecorum, qui à fide defecerunt.

Respondeo tamen, ex hac successione Episcoporum in Ecclesia, praesertim Romana, optimè probari conservationem fidei, & Ecclesie: nam cum Christus promiserit Petru & successoribus, quod non deficit eis fides, etiam perpetuatem fidei promisit Ecclesie Catholicæ maximè Romanæ, quæ est caput ceterarum. Cum ergo videamus continuari Ecclesiam, quam Christus fundavit, idem dicendum est de fide: & si alicubi dicendum est veram fidem perseverare, sine dubio dicendum est ibi conservati, ubi non est interrupta positâ successio: quo argumento utuntur Hilari. 6. de Trinit. Hieronym. & alijs supra citati.

Posterior pars probatur: nam evidens est doctrinam illam, quæ nihil continet rationi contrarium, habetque tot, & tanta motiva sua credibilitatis, & est ad salutem necessaria, non solum esse credibilem, sed etiam secundum rectam rationem credendam. Sed evidens est illa esse in nostra doctrina; ergo evidens est prudentis esse praesertim positio præcepto de actu fidei, credere id quod est evidenter credibile: sed mysteria nostra fidei sunt hujusmodi, ergo.

Dixi doctrinam nostræ fidei esse evidenter credibilem, & credendam: nam argumenta posita hoc tantum efficere possunt, non autem necessariò efficiunt, ut actu credantur: nam hoc positum est in voluntate hominis cum divino auxilio, quod quibus datur, misericorditer datur, quibus non datur, justè negatur, vel non iustè auferitur, licet semper adhuc auxilium, quo quis potest credere. Non tamen hujusmodi argumenta sunt superflua: Nam primò suaviter disponunt homini mentem ad credendum. Secundo per illa refellunt argu-  
*Joan. 15.* menta contraria. Tertiò per illa justè condonabuntur, qui illis propositis credere noluerunt, juxta illud *Joan. 15.* *Si non venissem, peccatum non haberent.* *Matth. 11.* *Varii Corozain, &c.*

Sectudo sequitur omnes fidēes, singulos prout ingenii caput, & conditione credibilium, habere evidentiā credibilitatis articulorum fidei. Est S. Thom. 2. 2. q. 1. art. 4. ad 2. Et probatur, quia preceptum de actu fidei non obligat, nisi post sufficientem propositionem credibilium: sed haec non est; quia tolum ostenduntur probabilitas esse, que proponuntur credenda: sed quia evidenter ostenduntur credibilia esse, tamquam à Deo relevata, ut supra docui, ergo. Confirmatur: nam in rebus gravissimis, & difficillimis, si quis simpliciter crederet alisque eo, quod haberet sufficiens argumentum, leviter, & irrationabiliter dicere credere: at sufficiens argumentum non estimatur illud, quod tantum ostendit probabilitatem rei, quia semper potest quis rationabiliter de opposito dubitare: ergo erit illud, quod evidenter ostendit credibilitatem rei.

Dixi tamen pro conditione credibilium: quia non est in omnibus credendis requirenda eadem evidētia credibilitatis: nam irrationabile est requiri eandem ad credendam rem levem atque gravem. Dixi pro cuiusque ingenij captu: nam non in omnibus hominibus requiri eadem evidētia ad eam eandem credendam: nam alia requiruntur in homine simplici, vel in puerō perveniente ad usum rationis, alia in homine docto: in isto enim argumenta majora & fortiora: illis vero sufficiunt minora, ut auctoritas parentum, vel prælatorum, vel sapientum hominum, & doctorum, consensus universalis Ecclesie, & quod doctrina, quæ præponitur credenda, nihil contritet rationem, & bonos mores, & alia hujusmodi, quæ sunt omnibus communia. Quod si aliquid horum alieni desit, supplet DEUS interius per gratiam, cum id spectet ad ejus providentiam.

#### C A P V T IV.

Brevis, compendiosa tamen & accura-  
ta testimoniorum credibilitatis no-  
stræ fidei collectio, ex D. Tho.!

*contra Gent. cap. 6.*

**H**ujusmodi autem (inquit D. Tho.) veritati, cui ratio humana experimentum non praebet, fidem adhibentes non leviter credunt, quasi 2. Petri 1. indoctas fabulas lecūti (ut 2. Petri 1. dicitur.) Hęc enim divinæ sapientiae secreta ipsa divina sapien-  
tia, quæ omnia plenissime novit, dignata est hominibus revelare, quod sui præsentiam, & doctrinæ & inspirationis veritatem convenientibus argumentis ostendit: dum ad confirmandam ea, quæ naturalem cognitionem excedunt, opera visibiliter ostendit, quod totius naturæ superat facultatem: videlicet in mirabili curatione languorum, mortuorum suscitatione, caelestium corporum mirabilissimatione, & quod est mirabilius, humanarum mentium inspiratione: ut idiotæ & simplices, dono Spiritus sancti repleti, summam sapientiam & facundiam in instanti consequerentur.

Quibus inspectis, prædictæ probationis efficacia, non armorum violentia, non voluptatum permissione, & quod est summè mirabile, inter persecutorum tyrannidem, innumerable turba non modo simplicium, sed etiam sapientissimum hominum, ad fidem Christianam convocavit. In qua omnem humanum intellectum excedentia prædicantur: voluptates carnis cohabitent: & omnia quæ in mundo sunt, contempnū ducuntur. Quibus animos mortalium assentire, & maximum miraculum est, & manifestum divinae inspirationis opus, ut contemptis visibilibus, sola invisibilia cupiantur. Hoc autem non subiù neque causa, sed divina dispositione factum esse, manifestum est ex hoc, quod hoc se factum DEUS, multis annis Propheterum prædicti oraculis: quorum libri penes nos in veneratione habentur: ut potest nostræ fidei testimonium adhibentes.

Hujus quidem confirmationis modus tangit *Hebr. 2.* ad *Hebr. 2.* *Quæ (sicilicet humana salus) cum initium accipisset, enarrari per Dominum: ab eū qui audierunt, in nos confirmata est, confante DEO signis, & portentis, & varijs Spiritu sancti distributionibus.* Hęc autem tam mirabilis mundi conversionis ad fidem Christianam, indicium certissimum est præteriorum signorum, ut ea ulterius iterari necesse non sit, cum in suo effectu appareant evidenter. Etenim omnibus signis mirabilis, si ad credendum tam ardua, & operandum tam difficultia, & ad sperandum tam alta, mundus absque mirabilibus signis inductus fuisset à simplicibus, & gnobilibus hominibus: quamvis non cesset DEUS etiam noctis temporibus ad confirmationem fidei per Sanctos suos miracula operari.

Hive ò, qui sectas errorum introduxerunt, processerunt via contraria, ut patet in Mahometo, qui carnalibus voluptatibus permisit, ad quia: um desiderium carnalis concupiscentia instigat, populos illexit. Præcepta eius tradidit permisit conformia, voluptatis carnali habendas relaxandas, in quibus in promptu est à carnalibus hominibus obediens. Documenta quoque veritatis non atruit, nisi quod de facilis à quolibet mediocriter sapiente naturali ingenio cognosci possint: quin potius vera quæ docuit, multis fabulis & falsissimis doctrinis immiscuit. Signa etiam non adhuc in supernaturaliter facta, quibus solum divinae inspiratione conveniens testimonium adhibetur: dum operatio visibilis, quæ non potest esse nisi divina, ostendit Doctorem veritatis visibiliter inspiratum: scilicet, dum dixit se in armorum potentia missum, quæ signa & latronibus, & tyrannis non defuit. Nec aliqui sapientes, aut in rebus divinis, & humanis rebus exercitatis, à principio crediderunt: Sed homines bestiales, in desertis morantes, omnis doctrinae divinæ profusus ignari, per quorum multitudinem alios armorum violentia in suam legem cogit

coegerit. Nulla etiam divina oracula praecedentium Prophetarum ei testimonium perhibent: quia potius quasi omnia & veteris & novi testamenti documenta fabulosa narratione depravat: ut patet per ejus legem insipienti. Unde aucto consilio libros veteris & novi testamenti sui sequacibus non reliquit legendos: ne per eos falsificari argueretur. Et sic patet quod ejus dictis fidem adhibentes leviter credunt. Haec tenus D. Thomas.

Tria sunt potissimum fundamenta, si attente expendantur, quibus D. Thom. nostrae fidei veritates confirmat. Primum, miracula ab Apostolis in fidei confirmationem edita. Secundum, mundi conversio considerata, & expensa, cum mirabilibus circumstantiis, nempe à quibus fuerit facta hæc conversio, & qui fuerint conversi, quibus meditis, & quomodo, quibus superatis difficultatibus, & aliis innumeris impedimentis. Tertium defumitur ex prædictionibus Prophetarum.

Verum hæc dicet aliquis valere quidem satis adversus Judæos, qui Prophetarum libris & oraculis fidem habent; contra Ethnicos vero Prophetis Hebræorum minimè credentes, infirma esse & invalida. Sed non ita est: varicinia enim Prophetarum multis seculis ante Dominum edita, litteris que confignata, cum in Domino nostro perfectè impleta cernantur, veram esse ipsius fidem & doctrinam, apud omnes etiam gentiles aperè demonstrantur. Nec potest Gentibus ea suscipio incidere, ne forte libri Prophetarum à Christianis suo ipso arbitrio, ex usu suo fuerint conficti, quippe eos Christiani à Judæis, Christiani hominis infestissimi hostibus, acceperunt penes quos illi hodie sunt, & suè eolim per annos plus milie & quingentos ante Christi adventum. Quin in modo ob eam maximè causam divino consilio factum esse testatur D. Hier. super c. 16. Isaia, Aug. l. 18. de civit. Dei c. 46. Theod. Orat. 10. de Providentia, Judæos per omnes Gentes usqueque dispersos esse, ut que à Christianis prædicantibus Evangelium Prophetarum vaticinia profertentur, ea Gentes in Judeorum libris legentes, non esse Christianorum figura intelligenti: quin Evangelium tot tamque manifestis antiquorum vatum oraculis confirmatum, priori assensu studioque amplectentur. Quapropter mihi quidem vehementer probatur sententia illa D. Augustini, qua est in 46 c. lib. 11. de Civit. Dei n. 17 (inqui.) firmus ad convincendas quolibet alienos, si de Evangelio veritate contendenter, nos tristisque fulciendos, si recte sapuerint, quamvis divina predicta, de Christo ea profertur, que in Iudaorum scriptis sunt codicibus, quibus avulsiis de propriis sedibus, & propter hoc testimonianum tota orbe diffusi, Christi usqueque crevit Ecclesia: Nec vero solos Iudaos testes hujus rei habemus, sed etiam idipsum Gentes testificantur: Namque annis circiter 300. ante ortum Domini nostri in terris, flagitante Philadelpho, secundo post Alexandrum Magnum, Egypti Regem, (id quod in Iudaorum & Gentium bisoriis est proditum) ex Hebreo sermoni sacri libri veteris testamenti, per duos & sexaginta interpres Hebreos gentis sapientissimos in Gracum sermonem sunt conversi: quorum liberorum & fama, & notitia per omnes gentes pervagata est.

Objicies etiam de miraculis, quare nunc miracula non fiant, cum ea sint præcipua nostra fidelis testimonia. Sed de hac sequenti Cap. dicemus.

## C A P V T V.

De confirmatione doctrinæ Evangelicæ ex signis & miraculis: & quare nunc miracula non ita frequenter fiant.

**M**ulta fuisse facta signa & miracula & à propheticis, & ab Apostolis, ut Christiana firmaretur doctrina, nemmo est qui dubitat. Atque esse necessaria miracula, ut mundus Christianus prædicationi fidem adhiberer meritio censuit D. August. 22. de Civitate Dei c. 8. quorum omnium miraculorum finis non alter fuit, quam ad conciliandam auctoritatem ministris, & ut Christianæ doctrinæ fides adhiberetur. Quare prudenter admodum illos omnes fecisse constat, qui properat miracula, que à Christo vel Apostolis fieri cernebant, eorum dictis fidem adhibebant. Unde multi solent quærere & admirari, quare cum miracula sint adeò efficacia, nostra ætate in prædicatione S. Evangelij apud infideles miracula non cernantur, quia Christus suis promisso videtur maximè Evangelij prædicatoribus Marti ult. In nomine meo demonia ejiciunt, &c. Nulla enim est ita facilis ac certa via, ad conversionem Gentium, quam vita innocencia, signorum splendore decorata.

Hujus autem dubitationis triplex potest esse solutione. Prima, multa fuisse facta miracula, etiam post tempora Apostolorum, & nostra etiam ætate in novo orbe quam plurima, etiam per milites, de quibus præclarè Thomas Buzius *De signis Ecclesiæ lib. 5. sig. 11. c. 2. & lib. 12. sig. 57.* ubi miracula à visitis fandi illis misericordiis haec nostra ætate edita recense: In primis, inquit, cum Christopherus Columbus in Indias Occidentales nobis antea ignoratas primùm simul cum suis sociis pervenit, in omnibus earum locis hoc miraculum commune era. Nam cum paucis dæmones ederent responsa; ubi Eucharistia Sacramentum per nostros in aliquo loco reponeretur, continuo dæmones obmutescerent: & cum crebris terræmotibus terræ collapsarentur, & frequentibus tempestatibus miserè etiam defocarentur; nunc nostra Religione recepta, non ita contingit. Hoc universis his regionibus communis speciatim vero accidit, ut Christopherus Columbus in insula, quam vocavit Hispaniolam, sive S. Dominici, altissimam è ligno crucem defigeret. Indigenæ saepius eam proferente ad terram, & convellere conati, nihil proficerent: contactu illius ac fragmentis morbi paucis curabantur.

Novissime vero B. Aloysius Bertrandus Ordinis Prædicatorum, maximè nostram Religionem in iis locis amplificavit, datumque est illi divinitus, ut mortuos ad vitam revocaret, & innumeros ægrotos restitueret sanitati. Accidit aliquando, ut alicuius vici incole ad eum confluarent, normen Christi dare parati. Interrogati quid eos ad hoc adduceret, responderunt in publico quodam uulnus, & simile corum conventu astutissime dæmonem, quem cuncti specie horribili viderent, ac dixisse: Quid me, afflantibus duobus Christianis, invocatis? (adserant forte duo ab Aloysio ad Christum perducti) abripite eos hinc. Ubi hæc dixit, homo quidam, qui se diceret ab Aloysio missum, processit

repenete in medium conventum, & in conspectu omnium disputatione inita, dæmonia convicit: quibus actis evanescere ex oculis astantium. Venit forte in manus Principis cuiusdam, qui non longe aberat a finibus regni Peruanorum, effigies Christi crucifixi. Ille acceptam conspuere, ac multis modis irritare coepit, in conspectu plurimorum. Ibi mirabilis imago quasi verè spitteret, caput ex oculis lumen emittere, caput motare, & aspectu minari. Regem, cunctosque terrae. Quocirca pavore perculsi omnes, & tremore correpsi, partim cedidere in terram, partim cum se viderent obrigescere, neque posse loco recedere, exclamare coepertunt, factique penitentes, misericordiam suppliciter implorare: ob id pristino statu pro inuit restitui, magnum Christianorum DEUM palam confi erat altissima voce, rem cunctis enarrare. At Princeps una cum cunctis numero suorum se Cuzcum contulit, & factum divulgans Christo se deovit.

*Martinus de Valencia*, illiusissime vir sanctitatis fuit. Hic ex ordine S. Francisci cum duodecim Socijs venit in Occidentales Indias, anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto, & incredibile est, quorū ipse cum suis Indos ad Christi cultum perduxerit. Nemo ex illis duodecim fuit, quin anno millesimo quingentesimo trigesimo primo plusquam centum milia Indorum baptizasset. Hic verò eminenissime fuit sanctitatis, virtutumque omnium divinarum sublimissimum culmen est assecurus. Visus est aliquando, cum in Salmanticensi Minorum monasterio diversetur, orans extensis in modum crucis brachis, in aëna sublatu. Cum sepè è superiori loco verba faceret de Christi passione ad populum, rapiebatur extra omnes sensus, immobilisque erectus ac rigens diu persistebat. Antonius è Nava, & Ferdinandus Cortesius in Thalmanale oppido, cum cellam, in qua morabatur, de improviso aliquando aperuerunt, invenerunt orantem in aëna sublatum, & a sensibus abstractum. Bernardinus è Sahagunt, cum cuperet haec proprii ipse oculis intueri, accessit in Thalmanale ad ea loca, in qua solitudinem petens precatus Martinus conferre solebat, observato tempore, quo se in illa jam sanctus receperat, ubi propior est factus, mirificum splendorem conspicuit, progredi vltia non potuit, quod nimia lux aëm luminum pertinxisset, mentemque obturasset.

Allanus est aliquando ad vitum sanctum puer agotans, ut eam baptizaret: verum priusquam perfici posset, illa vita deceperit. Acceptum Sanctus in alia collocavit, supplicatione se dedit, ad vitam paulò post redire, baptizavit, ac suis restituit. Tlaxcale præ nimia siccitate cuncta exultam conspiciebant: venere cives ad virum divinum, open petentes: supplicatione indicta, processit ille ad locum quandam, in quo crux fuerat collocata. Vix eò penerat in precibus torus, cum pluvia copiosa cælius defluit. Idem rursus congit in oppido Tlaelpano. Plurimis porrör egrotis sanitatem restituit. Illud autem nullo modo prætereundum, Joannes ex Oveto, qui Tecamacalci deceperit, Cultos in civitate Angelorum, cum sensu oderatus esset privatus, Sanctique cadaver tumulo recluso inspexisse, incredibilem protinus odoris fragrantiam sensit, & ex illo odratumcepit.

Obiit anno millesimo quingentesimo trigesimo quarto, cum diem mortis prædictisset, genibus in nudi humo in mortem supplicatus politus, &

in contemplatione cælestium defixus. Corpus ejus trigesima annos integrum incorruptumque omnino permanxit, & ejus videndi copia pluribus ad illud inveniendum properantibus fiebat. Innumerā porrō miracula quotidie ex illo prodibant. Post annum millesimum quingentesimum sexagesimum septimum, cum caplam, in qua repositorum jacuerat, aperuerunt, nihil in illa inventum. Facta est diligentissima inquisitio, an ab aliquo fuisset asportatum, & subreptum: nihil potuit inveniri, quamvis Apostolice literæ in eam rem scrip-ta fuerint, anno millesimo quingentesimo octauo gesimo.

Indi in maxima illum, veluti Apostolum, divinitus ad ipsos missum, veneratione habuerunt, & quæcumque ad illum spectantia colligere potuerunt, veluti cælestes quadam reliquias asservarunt, & coluerunt summo honore ubi verò morbis acrioribus peste tentari sunt, illa corporibus admovebant, ac sanitatem plenaria mirabiliter prouidens idem recipiebant. Quocirca data fuit opera diligens, ut omnes ejus reliquias vestrum, certarumque rerum colligerentur. Collectæ loco decenti sunt repositæ, & miracula innumeræ ab illis indies emanant.

Deinde *Ioannes à S. Francisco*, solis precibus, ac nullo profus studio, affectus est lingua Mexicana cognitionem, ita ut maximè cunctis fuerit admittitioni, cum repente auditus fuit ea lingua innumeris præsentibus concionati. Hic aliquando plurima idola Indorum, multitudine ingenti videante, à pueris Christianis confungi iusti. Eadem verò die dæmon apparuit Indo condam, qui aberrat passibus milibus sexaginta: apparuit autem facie deturata, membrisque mutilatis, iniquis: *Eius à Joanne male habitus sum*, remque, uti gesta erat, explicavit, efflagitans, ut adverteret Joannem iam conumeliam ulcericeretur, te ipi opem laturum: docuique rationem, qua flagitium perperaret. Aggressus est rem Indus, expectatumque *Ioannem* per infidias adortus, prægredi fuisse percussi, a fugiensque irrito eventu, & à prosequentes nonnullis comprehensus, rem detexit, & Christo se dedit.

Idem *Ioannes* idolorum sacerdotem baptizavit, cui mox duo dæmones, assumpta patrem ipius defunctorum effigie, apparuerunt, affrictantes, eò in amoenissimis deliciarum locis degrete, eò deducentes ipsum, si velit sequi & imperata facere. Sequitur ille, perveniunt ad silvam, fudent ut laqueo faucibus injecto se ex arbore suspendant, ac præfocet. Aggressu jam rem miseratio attigit *Ioanne*, sive ipse revera, sive ejus species. Intercedat, dolos detegit. Agnito sceleri, Indus Dei nomen ex animo implorare coepit, ac prornus dæmones cum suis spiritibus evanescere. Ipse Mexicanus reveritus, Joannique occurrens, accedit ad pedes, veniam criminis suppliciter petens. Idem *Ioannes* defunctum filiolum, diu rogatus a matre, ut id faceret, ad vitam precibus revocavit: aliaque multa mirabiliter egit, ac prædictus. Obiit anno millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto.

Hos igitur paucos retrulisse sit satis ex ijs plurimis, qui virtutibus divinis florentes, miraculique editis clari prodierunt ex Ordine S. Francisci, & innumeris ad Christum populos bellunis antea moribus viventes traduxerunt in latissimis Indiarum occidentalium terris. Ilorum verò gesta quadam brevissimis adumbravimus. Si quis ea latius cognoscere cupit, legat historiam Franciscanam.

taisanam ad finem, quam dedit in lucem Franciscus Gonzaga Episcopus Cephalenus, & illius Ordinis antea summus Praefectus.

Innumera verò etiam sunt, qua in Indiis item orientalibus per viros Religiosos miracula patrata sunt; ex quibus pauca attingamus. *Xavierius* in ora Comorinensi duos jam vita functos ad lucem multis praesentibus, quorum precibus ad id est coactus, revocavit. In insula Japoniæ muto cuidam, & pedibus capto usum lingue & ingressum, surdo auditum, alteri item surdo mutoque sanitatem divinitus reddidit. Non est numerus regatorum, qui precibus ejus, quamvis essent à medicis desperati, continuo mirandum in modum sunt liberati, & nunc etiam cadaver ipsius Goz miracula innumera edit. Plurima dum vivet in publicis etiam concionibus longissime potesta, ut erant, præsignificavit.

Per multa alia ab hoc sanctissimo viro, aliisque verbi DEI præconibus, humanas vires excedentia, patita prodiga, in his regionibus, transcedendo, paucis insinuandum duxi. Faüse anno 1524. Ad instantiam *Philippi II.* Regis Catholicus ad regna Congi & Angolæ è nostris Carmelitum dislocat: missos *Didacum* à sacramento, ac *Didacum* ab *Incarnatione*, cum *Francisco à JESU*, alias indigno, nuncupato, viro admirandæ sanctitatis, qui, non paucis ediis miraculis, copiam infidelium multitudinem ad fidem perduxerunt ac baptizarunt; uti testatur *Ven. P. Hieronymus à Matre Dei*, alias *Gratianus*, in suo Rom. an. 1610, edito opere, de *propaganda fide*. Consulendum de hoc etiam *Franciscus à S. MARIA Tomo 2. Annalium congregationis Hispanicae Carmelitarum Excalceatorum libro 6. cap. 28.* & seqq. aliisque.

Hec artigile sufficiat, ut persuasum omnibus sit, si merita, & Apostolicae virtutes non desint, nec miracula etiam Apostolis digna defutura. Si enim DEUS quodcum ad amicorum suorum sanctitatem propalandom mirabilis operari non deditur, quid non erit expectandum facturum ad fidem Catholicam confirmandam ac propagandam?

Quod si forte hodie miracula non ita frequenter, prout olim, fiant, hanc huius rei primò eam reddimus rationem: Quia eti certum sit per peccatores effici posse miracula, tamen non dubium, quin frequenissimum sit, & veluti lege stabilitum, ut quod quis fide & sanctitate magis excellat, eò aptius instrumentum sit, per quod Spiritus sanctus tam præclara opera perpetraret. Quare non mirum si rara illa & admiranda signa non ita frequenter cernantur, ubi charitas refugiet, unusquisque querens quia sua sunt, & non quia *JESU* Christi. Nec enim dubium, si illa priorum præfata fides, si pieras, ac denique si spiritus ille Apostolicus rediret, quin etiam opera Apostolorum expectaremus.

Præterea de patitate signorum eam reddit causam D. Tho. lib. 1. contra Gent. c. 6. dicens: *Hac autem tam miracula mundi conversio ad fidem Christianam, indicium certissimum est præteriorum signorum, ut ea ulterius iterari necesse non sit, cum in suo effectu apparent evidenter, quamvis non esset Dominus etiam nostris temporibus ad confirmationem fidei per sanctos suos miracula operari.* Hactenus D. Thomas: cuius sententiam mirifice confirmat Joan. Chysoft. in Epist. 1. Cor. c. 2. demonstrans figura E-

vangelicæ prædicationis patrata, non illo tantum sæculo, sed futuri fidei pèperisse: quae fides jam satis fundata, miraculis novis non indigeret confirmari, præcipue cum vita in egritis & exemplum, ut infra tuo loco dicemus, efficacissimum sit, ad perfuadendam fidem argumentum.

Tertia hujus charitatis signorum causa assignatur à *Jof. Acofta* viro alias doctissimo lib. 2. de *procuranda Indorum salute cap. 9.* quod præcis temporibus omnino necessaria fuerint, nostris non item: etenim fides mysteriorum sublimium omnem humanam rationem superantum astrenua tunc erat apud homines maximè ratione sua cancta metentes, Græcos, inquam atque Romanos, ceterosque hujus sæculi sapientiæ illa ætate florentes. His quomodo per homines paucos ignobiles & imperitos persuaderi posset doctrina omnibus humani ingenij viribus validissimè obseriens, quam proinde stultitiam Dei Apostolus vocat, nisi divina quedam ac insuperabilis eviceret auctoritas, conciliante DEO lignis, & prodigijs, & variis charismatibus?

*Quod etiam Paulus Apostolus sèpè commenda: Sermo mew (inquit) Heb. 2. 1. Cor. 2. & prædicatio mea non in persuasibilibus humana sapientia verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.*

*Heb. 2. &*

*1. Corint. 2.*

*verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.*

*Rom. 1.*

*Ei Rom. 1. Qui prædestinatus est filius DEI in virtute, secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum à JESU Christi Domini nostri, per quem accipimus gratiam, & Apostolatum, ad obedientiam fidei in omnibus gentibus. Ita Christiana Religio, ubi humana præsidio prorsus aberant, divinis est fundata miraculis: At nostrorum temporum longè alia ratio est; nam & ijs quibus fides annunciatur, omnibus rebus inferiores sunt, ratione, cultu, auctoritate, & ijs qui annunciant antiquitate Religionis sue, multitudo suorum, ingenio, elegancia, ceterisque copijs ad perfuadendum superiores sunt, & abundant: neque barbarorum ingenia ea sunt, quæ fidei difficultibus terreatur, cum à majoribus suis observent ipsi longè incredibilia. Ac revera si Christus annuncietur, ut opus est, obsequentes & ad credendum faciles scle exhibent.*

*Denique quid magnis signis opus est, ubi potius desideratur auctor intelligentia, quæ aliquidinem doctrinæ nostræ aliqua curiositate disquireret? Unum illud his Gentibus potentissimum, & ad fidem efficacissimum, ac penè singulare miraculum necessarium est, mores cum fide congruentes: hoc & abunde sufficit, & omnibus concessum est, modo velint.*

*Verum quia hoc est præclarissimum inter alia fidei nostræ testimonium, de illo in sequentibus agemus: sed prius reddamus rationem, quare tot motivis & miraculis intervenientibus adhuc multi in suis perseverent infidelitate.*

## C A P V T VI.

Rationes, quare multi fidei veritatibus etiam sufficienter propositis, assensum non praebeant.

**G**uilielmus Parientis lib. 1. de Fide cap. 2. septem reddit rationes, cur multi fidei veritatibus alias evidenter credibilibus assensum non praebeant. Prima, inquit, est ignorancia mensura, & capacitatris intellectus humani. Qui enim intellectum suum omnia capere existimat, credit ex necessitate non esse, quicquid in intellectu suo non inventit. Quemadmodum si quis crederet intra circulum, vel velum Lunæ esse omnia, necesse haberet credere non esse, quicquid intra ipsum non inventire. Hæc igitur est causa, propter quam quicquid intellectus eorum nos capit, non esse credunt. Tu ergo adverte hoc, & credo intellectum humanum mensuratum, & limitatum in sua capacitate, ab ipso creatore suo DEO, qui posuit ei terminos, quæ, quot & quanta capiat capacitate sua naturali similia apud se secrete reservans, revelanda cum voluerit, & quando voluerit. Similis error huic, & similis ignorantia inventitur in hominibus, qui crederent nullo modo esse posse scientiam de magnitudinibus Solis, & Lunæ, auctæ stellarum, & de similibus: pro eo quod non est in intellectu eorum.

Secunda causa eorum istorum est aversio intellectus ab eis, quæ credenda sunt. Quemadmodum enim, qui aversos habet oculos ab eis, quæ videnta sunt, & conversos ad alia videnda, videat non potest in ista aversione; sic qui in intellectu habent aversum ab eis, quæ credenda sunt, & conversum ad contraria credenda, credere non possunt in ista aversione. His sunt, qui tanto amore amplectantur opiniones suas & factas, ut de contrariis ne quidem cogitare velint; tantoque odio aversi sunt, & contrarij contrariis eorum futuri, ut ea nec respicere ullam tenus velint. Tu autem scias, quia idem est cogitare, quod corde sive intellectu intueri, atque respicere, & quia amor conversionis est ad amatum, & odium aversionis est ab eo, quod odit quis; quod ipsis conversiones, & aversiones corporales indicant & ostendunt, velut umbras & similitudines quedam interiorum sive spiritualium conversionum & aversionum. Manifestum igitur est, propter quid hujusmodi homines ea, quæ credenda sunt, credere, seu video, non possunt: non enim datum est hominibus videre post tergum suum, neque videre sine intuitu & aspectu.

Tertia causa erroris est, ipsa rerum subtilitas, quæ turbido, & grosso intellectu visibiles non sunt. Quemadmodum enim visus adeò turbidus & grossus, ut ab eo pilus videti non possit, est & visus quo pilus & pilo gracilis videri potest: sic & in intellectibus hominum similem differentiationem & comparationem esse contingit. Quemadmodum igitur homines grossi & turbidi pilum non videntes ubi est, contendant ipsum ibi non esse, propter ejus subtilitatem & claritatem ipsum non videntes, & ipsum videntibus credere nolentes: sic ea, quæ ex fide, quam diximus, cre-

denda sunt, propter sui subtilitatem, grossities, & tibi biditas intellectus vulgarium, & indoctorum hominum non capiens, ea non esse & credit, & contendit & dejeat.

Quarta causa est, temeratio, sive distantia, hoc est longinquitas à rebus credendis: & haec longinquitas est imperitia, & inexercitatio in illis: sicut dicit Aristoteles, Imperiti veluti longè distantes, speculanter. Qui enim in sensibilius, aut in alijs que longè sunt à credendis, versantur, & commorantur, assiduè longè sunt indubitanter ab illis, & propter hoc illa vide non possunt, qui nec studio, nec exercitatio ad illa appropinquaverunt.

Quinta vero causa est stultitia, qua volunt intelligere intellectu naturali per se id, quod per se capi non potest. Quemadmodum si quis visu humano veller videat, quicquid aquilino visu videri potest; aut altitudinem statuarum longè desuper eminentem comingere, & quæ in ea sunt manus capere: sic brevior intellectus credendorum altitudinem non attingit, & intellectus naturalis ad ea, quæ supra ipsum sunt, per se nullatenus extendit se.

Sexta causa est inquisitio probationum; probationes enim velut scala sunt quibus attingitur ad probata. Quia vero ad ea, quæ fidei sunt scalæ hujusmodi non pertinet, cum non habent aliquas probationes inde quales vellent; ideo deest illis scalæ, vel omnino, vel faltem ejus altitudinis, quæ hujusmodi res attingat. Hi tanquam deficiunt scalæ altitudine ascendenda incomparabiliter breviori, ad ea nullatenus ascendunt, eò quod solas probationes scalam, qua illuc contingat, ascende-re opinantur.

Septima causa est peccatum sive negligentia, quæ divinum adjutorium ad ipsa credenda non queritur, leu quoquecumque aliud, quod viam gratiae obstruit & concludi: merito enim & justissime fit, quod Dei iudicio, Dei adjutorium non obtinet, qui illud obtinere non curat; meritoque gratia lumen divina cor illius ad illustrandum non ingreditur, qui obicem illi ponit peccati; merito enim radius Solis dominus illius non illuminatur, qui radius ejus fenestras & ostia, aliosque introitus omnes claudit & obstruit. Scito etiam quod quemadmodum homines propriis manibus lumen Solis visibilis ab oculis suis quandoque prohibent & abscondunt; sic peccatores malis operibus suis, Solis invisibilis radios, hoc est, dona gratiarum & virtutum a cordibus suis declinant, & avertunt. Quod enim sunt manus interpositæ inter Solem & oculos ad obtenebrandos eos, hoc sunt opera mala inter solem intelligentia, atque justitia: & oculos cordis ad eos obstruendos.

Attende autem & alias similitudines, sive exempla, ut melius innoteferas ubi errorum stultitia. Quia enim sensus humanus in hujusmodi ebus tanquam cæcus est; & omnino inscius, qui exinde ambulare volunt in his, sibi cæcum ducem eligunt, & propter hoc non est mirum, si in precipitiis & profunda errorum corrunt. Similiter qui ipsum de his rebus consulunt, cum horum omnino inscius sit, suam in rebus periculofissimam habent consilarium. Merito igitur pernitosè errant, & pericula errorum non effugunt. Assimilatur etiam stultitia hujusmodi hominum vespertilionis.

tibonibus, qui Solem videre contendunt, & ipsum totis viribus fugiunt, dum neque ortum ejus expectant, neque ante occasum evigilant: sic & illi Solem intelligentie & justitiae Domini ex omni parte fugiunt oriturum, siquidem nec expectant, dum nec miraculis, nec factorum eloquiorum testimonii, nec factorum Doctorum suasionibus, quibus omnibus velut quibusdam radiis illecescere possent, eisdem attendere nolunt: immo ab ipsis tanquam à vitijs fugiunt, sicut & omnes aeternis fugi, quibus & ipsi congruentissima similitudine comparantur. Sol iste lumenissimum, à tempore infidelitatis eis occidit, & propter hoc frustra eum videre contendunt praeceps occasum suum: qui non est nisi casus eorum, donec eis oriatur, cuius tamen ortum, ut diximus, fugiunt.

Amplius, sicut cum terra, vel nube, vel Luna interposita, inter aspicientem & Solem non continent alspicientem ad solem videre, nisi interpositum: sic & omnes hujusmodi eronei, cum inter eos & veritatem salutarem interposita sint infidelitatis lumen mendacia, non est possibile eos videre, nisi illa. Interpositis autem prohibentibus, non pervenit aspectus eorum ad ipsam veritatem; sicut dicit Salomon Proverb 17. Non recipit stultus verba prudentia, nisi ea dicervi, qua versantur in corde ejus. Et quoniam impossibile est ab intellectu materiali atque possibili aliquid videri seu cognosci, nisi irradiatione sua super illud, & apparitione formae sue in illo, quoniam ipse est velut speculum intelligibile ac noscibile formarum intelligibilium, hoc est, in quo resumere, & pingi quodammodo habent omnes formae intelligibiles resumatione & pictura Soli convenientibus manifestum est consequenter, quia nec in qualitate intellectu, nec in declinato, nec per interpolationem prohibito, quemadmodum nec in speculo, quod est dispositionum seu comparisonum istatum: manifestum est tibi, quia in intellectu haeretico, cum loco tensionis & puritatis habeat crassitudinem & immunditatem, loco directe oppositionis ad veritatem salutarem habeat declinationem ab ea & aversionem, loco libertate vis, seu transitu habeat in interpolationem, prohibens ab eo irradiationem ab ipsa veritate salutari: manifestum est tibi, inquam, quia impossibile in hujusmodi intellectu fieri descriptionem, seu appicationem hujusmodi veritatis. Et quoniam non solum Sol in lumine suo, & ex lumine videtur, quod infundit hominibus videntibus, sed etiam omnis res alia, & quantum ad sensus exteriores, & quantum ad intellectum materialem: quanto fortius hec est, ut Sol intelligentia aitque justitia non videatur, nisi in lumine, & ex lumine, quod ipse infundit videntibus, & hoc infusione gratuita, ac liberaliter, non irrationali, seu naturali, qualis est effusio luminis à Sole, & caloris ab igne, quorum potentiae iterationes, atque serviles nominantur. Irrationales quidem, quia absque discretione & distinctione, & que bonis & malis, & ad bona & ad mala operantur, & quod enim illuminat Sol, aequum fundit lumen suum rapientibus, & occidentibus, ceteraque mala perpetuantibus, ut pie agentibus. Serviles vero, quia nulla non operatur per modum servientis, cuius non est vel aliud, vel alter facere quam accepterit in mandatis, non enim habet ignis in potestate, ut alicubi ab adulstione caveat, vel ut nunquam aliquid magis aut minus calefaciat, sed totum facit ex necessitate, nihil autem ex proprii libertate. Utrumque autem ab altissimo Deo longè

est in ultimo elongationis, & propter hoc omnia bona, que ex ipso nobis sunt, dona sunt largitatis ipsius, & beneficia pietatis. Hactenus Guillelmus Parisiensis.

## C A P V T VII.

An oporteat cum Infidelibus collationibus ac disputationibus publicis de rebus fidie agere?

**R**es est non parvi momenti, ac magna confederatione digna. An cum haereticis & alijs Infidelibus publicis Disputationibus agendum sit, ut eorum confuteatur errores, fideique veritas ostendatur, ut sic ipsi convicti, ad fidem vi rationum & argumentorum compellantur? Res est maximè ancepit, & quæ pro utraque parte non contemnendis nititur fundamentis. In primis rem hanc potius privatis colloquiis, placida institutio, ac precipue oratione ad DEUM, cum morum puritate ac vita exemplo conjuncta perficiendam, res ipsa in Ecclesia gesta testantur: quibus compertum est eos, qui ab haereticis ad Catholicam fidem ac Religionem aliquando convertuntur, potius ex Spiritu Sancti tacito instinctu, & mansueta Catholicorum institutione, quam argutis disputationibus, excitari ac permoveari. Ejus rei manifestum exemplum ostendit DEUS, in magno Ecclesiae doctore D. Augustino: qui de sua ex haereti Manichæorum, ad fidem conversione, inter alia scripsit, matrem suam Monicam nihil non consilij auxiliique à Deo & hominibus passim & continuo, multisque cum lachrymis flagitasse, ut ipse filius ejus, Manichæorum haeresi adhaerescens, ad Ecclesiae Catholicæ fidem Religionemque convertereatur.

Tandem quoque sollicitè vehementerque rogas Episcopum, ut cum ipso filio suo dignaretur colloqui, ejusque errores refellere, & docere eum meliora. Noluit autem Episcopus (verba sunt D. Augustini) prudenter farere, quantum sensu postea. Respondit enim me adhuc esse in dubio, ed quod in statu esset novitatem heresis illius, & nonnullis quaestiones jam multos peritos agitasse, sicut illa (mater) indicaverat illi. Sed sine illum ibi, addebat Episcopus, & tantum roga pro eo Dominum: ipse legendo reperiet, quis ille sit error, & quanta impietas. Simul etiam narravit, se quoque parvulum, à matre sua seducta datum fuisse Manicheus, & omnes patre non legisse tantum, verum etiam scriptasse libros eorum, sibiisque apparuisse, nullo contra disputante & convincente, quidam esset illa secta fugienda, itaque fugisse. Quia cum ille dixisset, atque illa (mater) nollet acquiescere, sed instaret magis deprendendo, & ubertum flendo, ut me videret, & mecum differeret: ille jam stomachans radio, Vade inquit, à me, ita vivas: sicut enim non potest, ut filius istarum lacrymarum pereat. Haec ille.

Nec minus in hanc rem facit conversione cuiusdam gentilis Philosophi, qui unà cum alijs ad Nicenum Concilium accederat, ut Christianorum Religioni illudceret. Nam cum is dicendi arrogantia te inaniter jastraret, & Sacerdotes penitus irrideret: senex quidam simplex Spiranion nuncupatus, ex illustrium Confessorum numero, superbiam ejus non tollit.

Qui

Qui tamen si in eis subtilitas, & præstigiarum pernitus expers erat, tamen cum eo disputare cœpit. At cum haec res petulantibus, qui Confessorem hominem simplicem esse cognoscabant, rufum moveret quidem, & modestus injiceret timorem, qui verebantur, ne cum viro dicendi pericu congressus haberetur pro ludibrio: tamen cum facultas (cui, cu talis & tam proiecta etatis esset, pudor et refutare) data esset, liberè qua vellat loquendi, in nomine Iesu Christi, inquit, *Philosophus audito: Unus est Deus celi & terre, & omniam rerum tam oculis subjectarum, quam eorum aciem fugientium opifex: qui haec omnia & virtute verbi fabricatus est, & sacro Spiritu sancti afflatus stabilivit.* Quare hoc verbum, quod nos filium Deinu cuperamus, miserrimum humani erroris, & belluina vivendi rationis, ex Virgine nasci, cum hominibus aera versari, proque ijslem mortem oppetrere valuit. Eisque iterum venturus, de iis rebus quas quisque gesserit in vita, dicturus sententiam: *Ista ita se habere sine illa alia curiosa indagatione pro certo credimus. Noli ergo in hunc, quae fidem ducas at recte intelliguntur, cuiusque refutandi, laborem frustra consumire, quarare que, qui ista scripsi, vel non fieri possint. Quod si credis, nibi quidem sciscias respondere.*

Quibus obstat pefactus Philosophus: *Credo,* inquit, & gratijs illi adest, quod ipsum devicisset, non solum eadem cum sene ipso sentire, verum etiam consilium dare cœpit illis, qui perinde erga fidem Christianam, atque ipse antea, affecti erant, ut jam doctrinæ Christianæ assentientur: atque ijslī atrandum adjectit, se non modò non sine numero divino mutauisse esse, sed etiam vi ac virtute quadam inexplicabili ad Christianam Religionem conversum. Moxque sermonem converens ad discipulos suos, vel ad eos, qui audiendi gratia advenierant: *Audite, inquit, o eruditæ viri: donec verbū mecum gesta res est, verba verbi opposuit, & quæ dicabantur, dicendi arte subvertit. Ubi vero pro verbi virtute profectus ex ore dicentis, non potuerat resistere verba virtuti, nec homo adversari potuit Deo:* Et ideo si quis vestrum potuit in his quæ dicitur sunt sentire, quæ sensi, credit Christo, & sequatur hunc seruum, in quo locutus est Deus.

Simile est hunc, quod Alexander Episcopus Constantinopolitanus, vir spectaculæ virritus & dignitatis, à Philosophis provocatus, uni eorum, cura quæ le disputaturum acceperat, dixit: *In nomine IESU Christi præcipio tibi ne loqueraris. Quod ut primùm dixerat, homo è vestigio obstruendo ote concuvi.*

Hæc & alia olim sic gesta sunt: neo miram; Nam cum fides in Deum & Christum Domum nostrum, sit donum Dei, oportet primum Deum in homine infideli aut heretico operari disiplicentiam erroris, & desiderium cognoscendæ veritatis, priusquam humana industria erudiendo, suadendoque aliquid efficiat. Unde Apostolus Paulus Titum suum de hereticorum conversione docent, non meminit contentiosarum disputacionum: sed ait, *hereticum hominem post unam & secundam correctionem devitæ: scens, quia subversus est, qui ejusmodi est, cum sit proprio iudicio condemnatus.*

Præterea non opus est ad horum confirmationem, ut exempla plura longè petantur, cum ferè omnia colloquia & disputationes publicæ, quæ nostra ætate habitæ sunt, absque ulla ferè eorum emendatione & conversione, quin potius, cum inflato ipsi fint corde, victorian jactarunt: id enim hereticorum superbiæ, dum taxat cum insigni arrogantiæ conjunctam redarguit, qua licet maximè vieti, non solum victorianum victoribus

*Ad Titum  
6.3.*

non tribunt, sed eatu quoque sibi artogare non verentur. Et qui audivit unquam in ulla disputatione aut colloquio, hereticos, quamdiu quidem tales esse non desierunt, ingenuè professos fuisse, se ab Orthodoxis esse convictos?

Disputavit cum Phariseis & Sadduceis Christus, sed ab adversariis pro victoriæ laude calumnias & blasphemias reportavit. *Ioan. 8. & alibi Joh. 8. passim.* Cœravit cum Simone Mago Petrus, eamque non solum validissimè convicci, sed etiam contrivit; at vieti tamen vocem vietus Simon edidisse nullara legitur. Disseruit de fidei mysteriis in Areopago Paulus, *Acta. 17.* Sed quis victoriam *Act. 17.* ei cœsir, nū qui in eis etiam sententiam, deposita infidelitate concessi? Dionysius Areopagita cum paucis? Alij vero cum audissent resurrectionem mortuorum, quidam quidam irridabant, quidam verò dicebant, audiens ut de hoc iterum. Disputavit quoque cum Pharisæis cœratus ille, jam non cœratus, sed corpore simili & animo à Christo illustratus, & fane convicci. Sed quam ab hostibus palmarum reportavit? *Tu in peccatum inquinisti, natu es totu, & tu doceas Joan. 9.*

Convicti sunt utique in quatuor illis universibus ac celeberrimis Concilii hereticis sufficienter: in Nicæno Arius: in Constantinopolitano Macedonius: in Ephesino Nestorius: in Chalcedonensi Eutyches, cum suis quisque affectis, sed vietos se usque adeò confessi non sunt, ut contra vietores etiam insolentius insurgetur. Disputavit cum Donanitæ Augustinus, alijs Catholicis Episcopis associatus, colque ita convicci, ut etiam cognitor se arbitri ab imperatore designatus, aperiè contra Donanitæ sententiam protulerit, ut videatur est in *Breviculo Colloquianum cum Donatistis*, quem de hoc opio Colloquio conscripsit Augustinus: sed tantum aberat, ut Donanitæ se convictos fatebentur, ut ipsum quoque cognitorem aperte calumniam impere non sint: verū, quasi verò à Catholicorum parte corruptus, injustè contra se pro Catholicis sententiam tulerit, ut videtur est apud Augustinum *ibid. & Epist. 152.* Disputavit quoque idem Augustinus cum Felice Manichæo, sed nec aucto Augustino prius palmam concessit, quam à suo errore decellet, ut videtur est in *a. 151. Ab Agustino editis.*

Disputavit quoque cum heresiarcha Chonanum Theodorus Studites, vir sanctissimus & doctissimus, sed finita disputatione, quid de illo adversarius ita putabam, inquit, *hunc penitus nil sicut: sed & elingens eum reddidi;* ut videtur est ex Epistola, quam ipsi Theodorus scripsit ad Naucratium, relata ab illusterrimo Cardinale Baronio *Tom. 9. Annalium Ecclesiast.*

Collocuvlunt anno 1465, Doctores Catholicæ (in primis Decanus Capituli Pragensis) de controversia illa unius speciei, cum Rochizano, & alijs Wiclefistis hereticis, quos etiam de errore egregiè convicerunt. Sed quid in fine Colloquij Rochizanus? Tunc Rochizanus locutus est temporem longissimum, omnia priora replicans, glorando se vietorem esse jam altera vice, contra Ragiolum, & jam contra doctores, &c. ut videtur est ex actis ejus Colloquij.

Sed quid antiqua memoramus, cum ejus rei luculentissima præsens acta præbeat documenta? Disputavit anno 1519. Lipsia cum Luthero & Caroladio, doctissimus Eckius. Disputavit quoque felicissimo eventu invictus ille disputator Bade apud Helvetios, anno 1526. cum Oecolampadio. Disputarunt an. 1546. Ratisbonæ Maluenia & Everardus Billicus Carmelita, Theologi Cæsarei,

fatei, viri doctissimi, cum Bucero & Brentio & ibi-  
demque anno 1601, Jacobus Greserus & Adamus  
Tannerus Societ. IESU Theologi celeberrimi,  
aliisque cum Aegidio Hunnio, Jacobo Hallbron-  
nero, ceterisque Augustanae confessionis Pleado-  
Theologis sunt congregati. Disputavit anno 1589.  
cum Jacobo Andreæ, & Jacobo Heerbrando,  
Joannes Pistorius, viri doctissimi & dexterissi-  
mi. Denique illustrissimus Cardinalis Perronus,  
coram Henrico IV. Galliarum Rege, colloquiū  
habuit cum Plesiō Mornao Calviniano. Omnes  
isti, inquam, cum adversariis & hereticis nostri  
temporis, nec nisi convictis, aut egregiis confusis  
disputarunt: & quando ramen adversarii unquam  
se convictos esse confessi sunt: quando victoriam  
impudenter sibi arrogare non sunt ausi? Cuius  
forte causam eam postulamus designare, quam  
Ambroſius lib. 5. in Lucam significavit, dicens: Ad-  
verte celeste consilium. Non sapientes aliquot, non divi-  
tates, non nobiles, sed pīcatores & publicanos, quos diri-  
geret, elegit, ne traduxisse potentia, ne redemisse divitias,  
ne potenter nobilitati que auctoritate traxisse aliquos  
ad suam gratiam videretur, ut veritatis ratio, non dis-  
putationis grācia pravaleret. Hac Ambroſius.

A. 17. Si oculos convertamus ad initia progressus  
que Ecclesia nascens, pro contraria sententia  
non deetur gravissima testimoniaz: nam in pri-  
mis D. Paulus disputavit in Synagoga publicè  
cum Judais, & in foro per omnes dies ad eos, qui  
aderant, Actorum 17. & 18. & 20. Idem quoque de  
18. & 20. B. Stephano, & Apolline ex eisdem Apoftolorum  
actis accepimus. Publicas etiam disputationes  
cum hereticis vel gentilibus plurimos ex antiquis  
Patribus iniisse, passim eorum gesta & historia  
tradont.

Deinde B. Augustinus, ut Posidonus refert,  
cum quodam etiam Felice, de numero eorum,  
quos Electos dicunt idem Manichæi, quique  
Hipponem venerat, eundem seminaturus erro-  
rem, publicè in Hipponiensi Ecclesia Notarij ex-  
cipientibus disputavit, populo astante: Et post se-  
cundam vel tertiam collationem ille Manichæus,  
frustrata vanitate & errore illius fecta, ad nostram  
conversus est fidem arque Ecclesiam, sicut eadem  
relecta docere poterit scriptura. Haec tamen Posi-  
donius. Imò ipse Augustinus sic ait contra Jul. Pe-  
lag. lib. 3. c. 1. Donatistis ad collationem nobiscum ve-  
nire par Imperialis iussa compulimus, in qua collatione  
richti sunt Donatisti. D. Cyrillos Alexandrinus con-  
tra Nestorianum, publicè in Concilio Ephesino dis-  
seruit, illumque superavit. Gregorius Magnus cum  
Eutychi Constantiopolis congressus est, cumq;  
ad maximas angustias rediget. Ac denique anno  
Redemptoris nostri 645, habita est famosa illa ac

celeberrima coram Episcopis Africanis inter Pyr-  
thum Patriarcham Constantiopolitanum here-  
ticum, & Maximum Abbatem eundemque Mart-  
yrem Orthodoxum, ex qua idem Pyrrhus Princeps  
Monachitarum hereticorum convictus,  
erroris diu defensi pñnitens, recantans palmo-  
diam, oblatoque fidei Catholice libello Theodo-  
ro Romano Pontifici, receptus est una cum titulo  
Patriarchatus in Ecclesiam Catholicam. In hac  
igitur celeberrima disputatione post multiplices  
Pyrrhi (ut eleganter Cardinalis Baronius Tom. 8.  
anno Domini 645. describit) objectiones ingellas,  
& à Maximo quādām dexterissimè confutatas, post  
nexus solutos, & defensiones ac responsiones sin-  
gulas quoque convictas, post denique inanēs ter-  
givisitationes elusas, acuminatasque cavillationes  
retusas, cūm deficerent verba, dace manus omni  
penitus destituta defensione Pyrrhus compelli-  
tur, & credere cogitur veritati. Magnum laude  
(ut idem refert Baronius) vidit primum Africa,  
deinde Roma spectaculum: Africa quidem, dum  
quem paulò ante alpexera magnis animis Patri-  
archali ostentatione infulantem Catholicæ fidei  
& veritati, pro hæresi, ore rotundo in defensores  
fidei Catholicæ declamantem, in se ora omnium  
convertitatem, jamque post se tertiam orbis partem  
ducere captivam tentantem, eundem videbit  
ab exitore monacho appetitum, ut novum Goliat  
à puero Davide, non in hasta vel ense, sed in  
nomine Domini pugnaturo convenum, tanta  
corona Patrum, & magistrorum, & Aficani po-  
puli circumdatum, post longam concertationem  
fateri se superatum, abicere clypeum, dace manus,  
& pedes conjicerre sponte in compedes illos op-  
tabiles sapientiæ, ejusque vinculis aligari, de qui-  
bus Ecclesiasticus: In jice pedem tuum in compedes  
illiu, & in torque illiu collum tuum. Subjice hume-  
rum tuum, & porta illam & ne accidere vi cultu ejus.  
Et erant tibi compedes ejus in protectionem fortitudi-  
nis & bases virtutis, & torque illius in gloriam glorie,  
(decor enim vita est in illa) & vincula illiu alligatura  
salutari. Ita planè, cūm &c, victo Pyrro, omnes  
ut vincenti fuerint adgratulati, eundemque lau-  
dibus, ac benedictionibus prosecuti, quod revera  
cedens veritati perfidiam superallet, impietatem  
subegisset, contrivisseque Saranam pedibus suis,  
qui solus lugeat se esse viatum, hæresi debellata, &  
ejus defensori in offensorem mutato. Haec tamen  
Baronius, qui in fine operi Tomi merito hanc  
Maximi cum Pyrro disputationem inseruit.

Magna igitur opus est consideratione, ac, ut  
verius dicam, opus est divinæ prudentiæ, discer-  
nere, quando cum infidelibus publicis colloquiis  
& collationibus congedendum sit, quando ve-  
rò abstinentiū inspiendaque sunt personarum  
merita, studia, sapientia, ac præcipue mortuū in-  
tegritas, ac vita sanctitas, quibus virtutib; sapientes  
divina ope nixi, promerentur de inimicis palmam  
reportare.